Quintus eſt inſtructio doctrinalis vt in predicacōne ad q̄m multi veniūt peccatores ⁊ in magnis peccatis īuoluti ⁊ redeūt ꝯuerſi ad deū qꝛ in p̄dicacōne qn̄ predicator p̄dicat bonas doctrinas pctōres cognoſcūt ſuā vitā malā. Et dicunt o miſer ſm ꝗ in malo ſtatu ſum ego. Et iſto mō ꝯuertunt̃ plures ꝙ alijs ſup̄dictꝭ modis. Ideo dicebat apl's nō erubeſco euuāgelium ꝟtus enī dei eſt in ſalutē omnium credētiū ad Ro. j. Nota nō erubeſco euuangeliū ſic̄ illi qui magis curāt de poetis ꝙ de euuāgelijs doctrina poetaꝝ neminem ſaluat. Ideo p̄dicatores euuāgelice doctrine ſingularē coronam habent in paradiſo. Iſte modus ꝯuerſionis oſtenſus fuit in paulo cui dixit xp̄s. Surge ⁊ ingredere ciuitatē ⁊c̄. Si voluiſſet dicere paulus dñe oſtendatis mihi vos quid habeo facere. Cur me ad aliū remittitis dixiſſꝫ xp̄s vade qꝛ in te do inſtructōem xp̄ianis vt quō tu iuiſti ita ipi faciant ⁊ inſtructionem habeant Nota illa ciuitas ad ꝙ criſtus remiſit paulum dicens. Surge ⁊ ingredere ciuitatem ⁊c̄. Dicebatur damaſque interpretatur ſanguinoſa ſignificat eccleſiam vbi ſanguis Criſti cōficitur ⁊ ſumitur quando ergo dicit ingredere ciuitatem id eſt eccleſiam ad audiendam miſſā ⁊ ſermonem ibi enī dicetur tibi quid te oporteat facere. Iſte eſt principalis modus conuerſionis peccatoris.

Sextus modus eſt exempli virtualis quando enī vident ꝙ aliquis tenet bonam vitam et ſanctam etiam ſi non loquatur predicando. exemplo tn̄ illius multi conuertūtur.

Dicat̃ hic de cōuerſione cuiuſdā p̃ncipis

latronū in quadam via ad depredandum
exiſtentis. Quidā em̄ ſanctus abbas vo
lens ip̄m ad xp̄m conuertere iuit ad eū ꝛ
ſtatim captus eſt vt eū denudaret ꝛc̄. ab
bas vero interrogauit eum de quo viue-
ret in tali heremo. O dixit abbas in mag
no labore ꝛ piculo viuitis. Si vultis me
cū venire ad monaſteriū. Ego ꝓuidebo
vobis opulent̄ ille timens de capcõne n̄
audebat ire ſ abbas ip̄m aſſecurauit ꝛ ſe
cur⁹ eſt eū ꝛ dedit illi optimā camerā ꝛ
vnū monachū deuotiſſimū in ſeruitorē
vt ſeruiret ſibi dans ei ꝛ miniſtrās quid
quid vellet gallinas pdices capones. Et
poſtq̄ ip̄e erat pranſus frater ille ſuitor
corā eo ɔmedebat panē ꝛ aq̄. Itē qn̄ ip̄e
iacebat in lecto fr̄ orabat genib̄ flexis cū
lacrimis ꝛc̄. Poſt multos dies ille ca-
pitane⁹ dixit fr̄i ꝛ qualē vitā tenuiſtis
vos in mundo q̄ tantā penitentiā facitis
Reſpondit fr̄ ꝙ fuit valde peccator. Et
ille ꝛ dicatis mihi ꝛ ī quib̄ pctīs ꝛ dixit
frater in multis dn̄e. Et dicatis michi ſi
placet vobis ego dicam. Riſi exceſſiue ꝛ
truffaui ꝛ ſic de alijs venialib̄. Et capita
neus. O miſer ꝛ quid erit de me qui tot
hoīes depredat⁹ ſū ꝛ occidi q̄ vos de tā
paruis peccatis facitis tantā pn̄iam dece
tero volo viuere vt vos nō petis michi
lectū nec gallinas. Et ſic fuit exēplo illi⁹
ꝯuerſus Ido dic̄ gregori⁹ plus mouent
exēpla q̄ v̄ba exēpla ſcʒ bone vite forte
ſi centū annis aliq̄s predicaſſet illi nō cō
uertiſſet eū ꝛ in exemplo bone vite ɔuer
ſus eſt. Legitur ꝙ tp̄e beati petri apoſtoli
qn̄ ip̄e predicabat in Roma alique bone
mulieres iam ad xp̄m ɔuerſe habebāt vi
ros ꝯuerſos ɔuertere. Et eis oſtendens
iſtū modum dixit Mulieres ſubdite ſint
viris vt ſi qui nō credūt v̄bo per mulierū
conuerſionem ſine v̄bo lucrifiāt. j. pe. iij.
Iſte modus oſtenſus fuit in paulo quan
do ad man⁹ illum trahendo introduxerūt
in ciuitatem Manus ſignant opera quia
manib̄ operamur. Ideo dicit ad manus
illum trahentes in quo innuit̄ ꝙ exemplo
operū trahunt̄ peccatores ad deum. Sep
tim⁹ modus eſt afflictio pn̄ialis dicendo
Dn̄e licet ſim malus ꝛ peccator. Spero
tn̄ ꝙ ex iſta pn̄ia extrahetis me de peccato
ꝛ ɔuertetis ad bonā vitam. Ido licet ho
mo ſenciat ſe in peccatis nō debet peniten
tiam dimittere q̄ diſpoſitiua eſt ad ɔuer
ſionē ꝛ finaliter ad ſaluacōē penitentiā
agite. Appropinquabit em̄ regnū celoꝝ.
Math. xi. iiij. Iſte modus oſ̄ditur in con
uerſione beati pauli qui trib̄ dieb̄ n̄ mā-
ducauit neq̄ bibit q̄lis afflictio peniten-
tialis. Signum fuit ꝙ ex penitentia deus
ducit pctōrem ad conuerſionem ꝛ ſalua
tionē. Ecce quare eccl'ia facit feſtum de
cōuerſione beati pauli apoſtoli q̄ fuit mi-
raculoſa ſ etiam peccatorib̄ fuit ꝓficuo-
ſa. Amen

De purificacōne v̄ginis Marie ſ̄mo

Dies purgatio
nis marie Luce. ij. Iſtud pre
ſens feſtū vnū eſt de maiori
b̄ toci⁹ anni. Rō q̄ tres ſunt ſanctoꝝ ḡ
dus de quibus facimus feſtum.
Primus de pſona eminenti. i. alta
Scd̄s maior ſcʒ de pſona ſc̄a excellenti.
Terci⁹ m̄ltomaior d̄ pſona ſc̄a tn̄ſcēdēti
Dico pmo ꝙ de pmo ḡdu fuit quilib̄
apoſtoloꝝ petr⁹ paulus ꝛc̄. Iohēs bap-
tiſta martires confeſſores ꝛc̄. Ideo eoꝝ
feſta ſūt magna De ſc̄do ḡdu eſt vir-
go maria que nō ſolū eſt ſc̄a ſ hʒ excellē-
tiā ſup om̄s ſanctos. Ideo eius feſta ſūt
maiora In tercio gradu eſt ſolus xp̄s
qui trāſcendit om̄ē altitudinem creatura
rū. Ideo eius feſta vt natiuitatis. epbie.
preſentacōnis. reſurrectionis ꝛc̄. Sunt
multo plus maiora. Iſtos tres gradus
ſanctoꝝ inuenio in feſto hodierno. q̄ ho-
die fit feſtum.
De ſymeone ſancto eminenter
De virgine ſancta ſup om̄s excellenter
De Criſto ſanctiſſimo tranſcendēter.

Qui hodie fuit in tēplo pñtatus a virgīe
maria ſic̄ mō mulieres poſt partum veni-
unt ad eccliaȝ cū ꝓle. Jdeo iſtud feſtum
habet tria nomina inq̄ntum eſt ſymeonis
dr̄ dies obuiacōnis ſymeonis. Jnquātū
eſt Jhū xp̄i dicitur dies preſentacōnis.
Jnq̄ntum vero eſt v̄ginis marie intitula
tur dies purgacōnis marie. Et qꝛ ſpēa-
liꝰ hodie fit feſtum de v̄gine maria Jdeo
ſingulariter dic̄ thema Dies purgacōnis
ꝛc̄. Jdeo primo loquit̄ de v̄gine. Scđo
de xp̄o. Tercio de ſancto ſymeone. Quā
tum ad primū ꝛ inq̄ntū preſens feſtum
tāgit virginem dicit̄ dies purgacōis ma-
rie. Qñ aūt auditis iſtud nomē purgacō
non intelligatis ꝙ virgo maria indigeret
purgacōne. qꝛ nunq̄ȝ peccauit aliquo mō
nec corde male cogitādo nec ore vane lo
quendo nec corꝑe male operādo ymo fu
it purior ſole intm̄ ꝙ ſpūs ſanctus de ea
philocaptus de ſua puritate fecit vnā cā
tilenam dicens. Quaȝ pulchra es amica
mea q̄ȝ pulchra es tota ꝛ macula nō eſt
in te Cantico. iiij. Nota q̄m eſt dictio ad
mirātis ꝛ dicitur ter pulchra qꝛ pulchra
qꝛ pulchra fuit in aīa quia nunq̄ȝ habuit
malam nec vanam cogitacōnem. Secus
de nobis Scđo pulchra ī ore. quia nūq̄ȝ
vane ſeu ocioſe vel indiſcreta locuta fuit.
Nos vero nō habemus os pulchꝝ. Ter
cio pulchra in toto corpore qꝛ ſine omni
defectu ꝛ negligentia tempata in cibo ꝛ
potu diligens in ſuicio dei. Secus de no
bis quare ergo dicit thema dies purgacō
nis marie. Jſtam queſtionē declarat bea
tus lucas in euuāgelio hodierno d. Dies
purgacōnis marie ſtatim dixit ſm legem
moyſi ꝛ nō dixit ſm perſonā ſuam. qꝛ nō
indiguit Modo videamus q̄ lex eſt moy
ſi q̄m dedit mulierib' pientib' maſculos.
Dicit enī lex mulier que ſuſcepto ſemine
ꝑepit maſculū inmūda erit. xl. dieb' nec
ingredit̄ in ſanctuariū donec impleant̄ di
es purgationis ſue Leuiti. xij. Hoc ꝙ̄ pre
ceptū nō tāgebat v̄ginē mariā qꝛ nō pe-
perit ſuſcepto ſeīe. vñ querit ſc̄tus Tho.
iij. p. q. xxxvij. ar. iiij. an ꝯuenienter mr̄ dei
purgāda ad tēplum dei acceſſerit ꝛ dicit
ꝙ ſic qꝛ ſic̄ plenitudo gr̄e a xp̄o deriuat̄ in
mr̄eȝ ita decuit vt mater huilitati filij cō
formaret̄ huilib' enī deꝰ dat gr̄am vt dr̄
Jacobi. iiij. Et ideo ſicut xp̄s licet legi nō
eſſet obnoxius voluit tn̄ circūciſionem ꝛ
alia legis onera ſubire ad demonſtrandū
huilitatis ꝛ obediētie exēplū ꝛ vt appro
baret legē ꝛ vt calūpnie occaſiōȝ iudeis
tolleret, ꝓpt̄ eaſdē rōes voluit mr̄eȝ ſuam
īplere legl obſuātias q̄b' tn̄ non erat ob
noxia licet enī btā v̄go nullā hr̄et īmūdi
ciā voluit tn̄ purificacōis obſuātiā im
plere nō ꝓpt̄ indigētiā ſ ꝓpt̄ legis precep
tū Et ideo ſignāt̄ euuāgeliuȝ Luc. ij. Dic̄
ꝙ īpleti ſūt dies purgacōis marie ſm le
gem moyſi. Jpa enī ſm ſe purgacio non
indigebat. Nam leuit̄. xij. dr̄ mlr ſi ſuſcep
to ſeīe ꝑepit maſculū īmūda erit vbi mo
yſes videt̄ fuiſſe locutꝰ ad excipiēdā ma
trē dei ab īmūdicia q̄ nō ꝑepit ſuſcepto ſe
mine ꝛ ideo patet ꝙ nō obligabat̄ ad im-
plecōeȝ illiꝰ precepti ſ volūtarie purga
cōnis obſuantiā īpleuit. Sed eſt h' queſ
tio. Quare deꝰ ordinauit iſtā legeȝ. Nū
quid eſt peccatum generare filios in ſtatu
matrimoniali. Reſpondet̄ ꝙ non ſ mul-
te rationes aſſignantur a ſanctis doctori-
bus ſed vnam ſolam ego volo declarare
Ratio illiꝰ legis eſt. qꝛ omnia p̄cepta le
gis reducunt̄ ꝛ includuntur in deceȝ pre
ceptis decalogi que franguntur quadru-
pliciter ſcȝ operacōne obmiſſione locucio
ne ꝛ cogitacione. Et q̄tuor decies faciat
numeꝝ quadragenariū. Mulieres autē
in concipiendo portando pariendo ꝛ nu-
triendo. Jſtis quatuor modis peccāt con
tra dei precepta. Jdeo faciūt dies purga
cōnis. Primo peccant in operacōne in cō
cipiendo. Nam deus ordinauit actum ge
neracōnis ad ꝯſeruacōeȝ humane nature
Et multociens non mouent̄ ad eam niſi
ſic̄ equus ꝛ mulus canis vel porcus ſm

carnis ſenſualitatem cum tñ deberent ha/
bere intentionem p̄dicatoris qui predicat
vt ꝯuertat gentes ad eū vt ꝑadiſus im/
pleat̃ filijs dei. Ita genitores debent hr̃e
intencōez generādi filios ꝓ paradiſo vir
go aūt maria nō peccauit oꝑatione qꝛ nō
ab hoīe ſʒ a ſpū ſctō cōcepit qui formauit
illud corpus dñi nr̄i ihēſu xp̄i vt format̃
granum infra auellanaʒ vel amigdalum.
Jdō eccl'ia cātat. Nō ex virili ſemine ſed
miſtico ſpiramīe verbum dei factū eſt ca/
ro fructuſq; ventris floruit. Scdō peccant
mulieres obmiſſione portādo qꝛ ſi p̄mo
faciebant penitentiā ſcʒ ieiunia orōes pe
grinacōes ꝛ huiuſmodi qñ ſūt grauide to/
tū obmittūt ꝛ licʒ ſint ſatis faſtidioſe tñ
ip̄e ſe faciūt plus faſtidioſas ꝛ magis de
licatas ſe fingūt ſʒ virgo maria in hoc non
peccauit aliq̄d obmittēdo qꝛ dic̄ Bernar
du's Nō erat grauida ſine grauamīe ymō
pregnat⁹ ꝑtabat eam Sicut de nubē que
nō pōt eleuari ſʒ qñ radius ſolis tangit eā
eleuat̃ ꝛ eſt magis leuis. Ita radi⁹ ſolis
eterni in vtero v̄ginis exiſtēris. Jdeo nō
dimittebat aliq̄d de ſuis deuocōibꝫ ymō
ampli⁹ faciebat q̄ʒadmodū ſacerdos qñ
ꝑtat cuſtodiā eukariſtie ē deuotior. Ita
virgo que cuſtodia erat tūc corꝑis xp̄i

¶ Tercio mulieres peccāt locucōne ꝑturiē
do qñ eñ̄ ſentiūt dolores ꝑtus dicūt mľ
ta verba vana ꝛ indiſcreta. Cum tñ de/
berent recurrere ad xp̄ʒ dicendo. Jheſus
Et ad v̄ginem mariā q̄ ſine dolore peꝑit
ꝛ ad ſctōs dei. Ipſe tñ alique maledicūt
euā alie viros alia dicit. O ſi modo eua/
dā nunq̄ʒ accedo ad viꝝ. Sʒ virgo ī hoc
nō peccauit. qꝛ ſine dolore ꝛ miſeria peꝑe
rit. Sic̄ radius ſolis trāſit ꝑ feneſtrā vi/
treā ſine ruptura ymō pulchriorē reddit
eam ideo Yſa. Germinans germinauit ꝛ
exultauit letabunda ꝛ laudās glā libani
data ē ei decor carmeli ꝛ ſaron Yſa. xxxv

¶ Quarto mulieres peccāt cogitacōne nu/
triendo. Cogitāt eñ̄ mō habeo heredem
modo ſū dñā cū tñ in magno timore di/
ceret. O dñe dediſtis michi iſtū filiū q̄d
ſcio. nō quid erit de iſto filio meo ſi erit
malus homo taliter vt me interficiat vel
qd̕ faciat aliqd̕ malū vt ſit ſuſp̄ēſus ꝛ fina
liter dāpnatus. Sʒ virgo in hoc nō pec/
cauit. Sciebat eñ̄ ſcripturas. Jdō qñ in
ꝑtu ip̄a vidit mirabilia que facta fuerunt
Cogitabat ſuam paſſionē. Jdō dic̄ bea/
tus lucas. Maria aūt ꝯſeruabat oīa ver
ba hec ꝯferens in corde ſuo Luce. ij. Qñ
vidit pueꝝ ihēſum natū ꝛ nudum cogita
uit in corde ſuo dicens O de ſic fili⁹ me⁹
erit nudus in cruce. Deinde pānis eum i
voluit cogitās q̄ ſic eius corp⁹ inuolue/
ret̃ ſindone in eius ſepultura. Deinde po
ſuit eum in preſepio in medio duoꝝ ani/
maliū cogitans q̄ ſic ſuſp̄ēderet̃ in medio
duorū latronū patet ergo q̄ v̄go maria
nullo modo peccauit. nec ꝯcipiendo opera
cōne. nec portādo obmiſſione. nec parien
do locucōne. nec nutriendo cogitacōne tñ
voluit humiliari ad ſeruādum legē moy
ſi ac ſi eſſet immūda ꝛ peccatrix vt cetere
mulieres. Recte dic̄ Bernardus q̄ fuit
ſimilis filio ſuo Qui voluit circumciſio/
nem recipe ad q̄m nō tenebatur qꝛ daba
tur in ſignū peccati vt ſcindunt̃ aures la/
troni in ſignum furti. Ita virgo voluit ſ̄
uare iſtaʒ legem ad quā nō tenebatur

¶ Dicatur practice hic ꝛ ꝓbabiliter quo/
modo fuit ab ea lex iſta ſeruata. quia in. xl
die a natiuitate filij ſui vt eſt dies hodier
na venit ad templum domini in quo ſeor
ſum ſtabant mulieres generoſe ꝛ diuites
Et ſeorſum ſimplices ꝛ pauperes ꝛ ſeor
ſum virgines. ꝛ iſte mos hodie a iudeis ſ̄
uatur. Virgo autē maria in ingreſſu tem
pli reſpexit cogitans quibꝫ ſe aſſociaret qꝛ
licet eēt generoſa ꝛ nobilis de genere da
uid tamen erat pauper ꝛ ſimpliciter ī du
ta. quia totum patrimonium dedit amo/
re dei ꝛ totum aurum qd̕ ſibi obtulerunt
reges orientis ꝛ volebat viuere manibꝫ
ꝓprijs. Jdeo ſi iungeret ſe mulieribꝫ diui/
tibꝫ potuiſſent ſibi dicere vadatis ad locū

veſtrum. Benedictus deus vxor vnius
pauperis carpentarij vult ſe nobis ſocia-
ri ⁊c̄. Si cum virginibus licet fuiſſet vir
go dixiſſent ſibi. Et vos qui habetis vir-
⁊ filium venitis nobiſcum. Et vnde hoc.
⁊c̄. Ideo poſuit ſe cũ ſimplicibꝫ ⁊ pauperi
bꝫ mulieribꝫ. Et fuit ꝯpleta quedaꝫ ꝓphe
tia q̄m predixit ſpũſſanctus ꝑ os ſalomo
nis dicens. Sic̄ liliũ inter ſpinas ſic ami-
ca mea ſp̄. eſt inter filias Canti. ij. Habe
mus hic exẽplũ huĩlitatis ⁊ tñ mõ quili-
bet ſe igerit qꝛ q̄libet vult eſſe in capite in
ꝯuiuijs ⁊c̄. Et ideo ꝟgo maria regina pa
radiſi poſuit ſe retro. Ideo dixit maria qꝛ
reſpexit huĩlitatẽ ancille ſue ⁊c̄. Non dic̄
caritatẽ nec virginitateꝫ. Ecce enĩ ex hoc
beatã me dicent oĩs generacõnes ⁊ hec
fuit ꝑma huĩlitas q̄m hodie fecit ĩ imple-
cõne legis. Itẽ nota aliam magnam hu-
militatẽ in ꝟgine maria. qꝛ dicit euuãge-
liũ hodiernũ vt facerent ſꝫm ꝯſuetudineꝫ
legis ꝓ eo. Conſuetudo enĩ legis erat vt
patet Leuit̄. xij. ꝙ q̃ñ poſt ꝑtum in. xl. die
mulier veniebat ad templũ flexis genibꝫ
corã ſacerdote dicebat. Ecce oblacõneꝫ
offeratis pro me ſacrificiũ vt deus remit
tat michi peccata que cõmiſi concipiendo
portãdo pariendo ⁊ nutriendo Sacerdos
autem recepta oblatione ⁊ facto ſacrifi-
cio dabat mulieri benedictionem ⁊ rece-
debat mulier. Iſtam conſuetudinem vo-
luit virgo maria hodierna die ſeruare ve-
niens in tẽplo dicens ſacerdoti nõ ſymeo
ni. quia non legitur ipſum fuiſſe ſacerdo-
tem ſed hominem ſanctum. Hodie eſt. xl
dies ꝙ peperit iſtum filium. ⁊ octaua die
fuit circumciſus ⁊ vocatus fuit Ihesus ⁊
dedit ſibi oblacõm par turturum aut du-
os pullos columbarum dicẽs vt oraret
ꝓ eo. O maxima humilitas ſanctiſſima
dicebat peccatori orate ꝓ me. Et ſacer-
dos nõ cognoſcebat eam melius cognoſ
cebat eam Yſa. Ecce virgo concipiet ⁊
pariet filium ⁊ vocabit̄ nomen eius ema
nuel. Yſaie. vij. Tunc fuit ꝯpleta ꝓphẽcia

ſalomonis Dicentis in perſona virginis.
Nigra ſum ſed formoſa filie iheruſalem.
Nolite me conſiderare quia fuſca ſum qꝛ
decolorauit me ſol Cãtico. j. Virgo erat
nigra oculis ignaris eam non cognoſcen
tibꝫ ſed erat formoſa angelis dei. Nolite
me conſiderare ſp̄. deſpiciendo quia deco-
lorauit me ſol. quia ardor diuini amoris
ſic humiliari faciebat ſp. incedendo Ideo
poteſt dicere nobis illud Math. xi. xj. Diſ
cite a me. qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde.
⁊ inuenietis requiem animabus veſtris.
Iugũ enĩ meũ ſuaue eſt ⁊ onꝰ meũ leue
¶ Quantum ad ſecũdum punctum tũc
hoc feſtum tangit dominum noſtꝝ iheſuꝫ
criſtũ. Intitulatur enĩ dies preſentacõis
Iheſu criſti non intelligatis ꝙ criſtꝰ indi
geret preſentacõne. Qꝛ nunq̄ȝ fuit elon-
gatus a deo patre nec vnq̄m fuit abſens
ymo ſicut ſol mittit ad nos ſuũ radiũ Et
tamen ſemper eſt cum ſole. Ita de criſto
Nos autẽ peccatis elongamur a deo. ideo
indigemus preſentacõne. chriſtus autem
ſemper fuit preſens patri etiam in vtero
virginis exiſtens dẽ die ⁊ etiam de nocte
Ideo dicebat pater ad eum. Tu fili ſem
per mecum es. Luce. xv. Licet miſerim te
in mundũ ad illuminandum in fide euuã
gelica calefaciendum in amore dei ⁊ fruc
tificandum in bonis operibus. Ideo ho-
dierna criſti preſentatio non fuit neceſſi-
tatis ſed humilitatis ſicut virginis mr̄is
Purgatio voluit enĩ criſtꝰ ſeruare legeꝫ
preſentacõnis. Vt dicit ſanctus thomas.
iij. parte queſtione. xxxvij. ar. iij. Q᷑ vbi
ſic dicit ꝙ xp̄s voluit ſub lege fieri vt eos
qui ſub lege erãt redimeret ⁊ vt iuſtifica
cio legis in ſuis membris ſpiritualiter im
pleretur. Et in ſolucõne ad tercium dicit
ꝙ propter hoc ipſum etiã voluit legales
hoſtias pro ſe offerri qui erat vera hoſtia.
vt figura veritati coniungeretur ⁊ per ve-
ritatem figura approbaret̄ ⁊ illud dictuꝫ
eſt. Contra illos qui deum legis negant

a xp̄o fuiſſe in euuāgelio p̄dicatū. Non
enī putandū eſt vt origenes dī ꝙ filium
ſuū bon⁹ de⁹ ſub lege naſci fecerit quē ip
ſe nō dederat hec ille ibidē. Vñ vt ex cor
pore iſtius articuli tercij ꝛ ex ſolucionibꝫ
argumētoꝝ colligit̄. Tūc xp̄s voluit in tē
plo hodie p̄ſentari ꝓpter q̄tuor. Primo
ꝓpter legꝭ īpletione ꝛ h̄ tāgit doctor ibi/
dē in corpore articuli vbi dī ſic de ꝓle na
ta duplex p̄ceptū ī lege tradit̄ Vnū q̄dē
gn̄ale q̄ ad oēs vt ſcꝫ cōpletis diebꝫ pur
gacōis mr̄is offerret̄ ſacrificiū ꝓ filio ſi
ue ꝓ filia vt hr̄ Leuitici. xij. ꝛ h̄ quidē ſa/
crificiū erat ꝛ ad expiacionē pctī in q̄ ꝓ/
les erat cōcepta ꝛ nata ꝛ etiā ad cōſecꝛacio
nē quandā ipſi⁹ q2 p̄mo p̄ſentabat̄ in tē
plo ꝛ idō aliq̄d offerebat̄ in holocauſtū
ꝛ aliq̄d ꝓ pctō Aliud autē p̄ceptū erat
ſpeciale ī lege de p̄mogenitꝭ tā in hoībus
q̄ꝫ in iumētis. Sibi enīꝫ deputauerat oē
p̄mogenitū filioꝝ iſrl̄ ꝓ eo ꝙ ad liberaci
onē populi iſrl̄ ꝑcuſſerat p̄mogeita egip
ti ab hoīe vſqꝫ ad pec⁹ p̄mogenitꝭ filioꝝ
iſrl̄ reſeruatꝭ. Et h̄ mādatū ponit̄ Exodi
xiij. In q̄ etiā p̄figurabat̄ xp̄s q̄ ē p̄mo/
genit⁹ in multꝭ frībus vt dī ad Ro. viij.
Quia igit̄ xp̄s ex muliere nat⁹ erat q̄ſi p̄
mogenit⁹ idō voluit fieri ſub lege ꝛ in tē
plo offerri ꝛ p̄ñtari. Et h̄ duo circa xp̄m
lucas oñdit obſeruata p̄mo quidē id ꝙ
ꝑtinꝫ ad p̄mogenitos cū dī. Tulert illū
in ihr̄lm vt ſiſterēt eū dño ſicut ſcp̄tū eſt
in lege dñi q2 oē maſculinū ad aperiens
vuluā ſcīm dño vocabit̄. Scdō illud ꝙ
ꝑtinet cōit̄ ad oēs cū dī vt darēt hoſtiā
ſcd̄m ꝙ dictū erat in lege dñi. par turtu
rū aut duos pullos colūbaꝝ. Scdō vo
luit xp̄s in tēplo offerri ꝓpt̄ tēpli ſcīfica/
cionē ꝛ h̄ tangit ibidē doctor ī ſolucione
ad p̄mū vbi dī ſic. Sic dī gregori⁹ niſe/
nus illud legis p̄ceptū ſcīfica mihi oē p̄
mogenitū quod aperit vuluā in filijs iſrl̄
Exo. xiij. In ſolo deo īcarnato ſingularit̄
ꝛ ab alijs differēt īpleri videt̄ ipē nāqꝫ ſo
lus īeffabilit̄ cōcept⁹ ac incōp̄henſibilit̄
editus v̄ginalē vteꝝ aperuit nō antea cō
nubio reſeratū cōſeruās etiā p⁹ partū in
uiolabilit̄ ſignaculū caſtitatis. Vñ cū dī
adaperiens vuluā deſignat ꝙ nihil antea
intrauerat vel exiuerat. Per h̄ etiā ꝙ dī
maſculinū ſignificat̄ q2 nihil de feminei/
tate culpe portauit. Singularit̄ etiā ſcūs
dī q̄ terrene cōtagia corruptele īmacula
ti part⁹ nouitate nō ſenſit idō nō indige/
bat ſcīficari ī tēplo h̄ pocius tēplū debebat
ſcīficari per ipſū q̄ erat ꝛ eſt ſcūs ſcōꝝ vñ
aggei. ij. Adhuc vnū modicū ꝛ ego mo
uebo celū ꝛ terrā mare ꝛ aridā ꝛc̄. Mag
erat gloria dom⁹ iſti⁹ nouiſſime plus q̄ꝫ
p̄me. Et malach. iij. ca. dī. Stati veniet
ad tēplū ſuū dñator quē vos q̄ritis ꝛc̄.
Tercio voluit xp̄s in tēplo offerri ꝓpter
noſtrā inſtructionē vt doctor ibidē tan/
git ad ſcd̄m q2 ſicꝫ dei filius nō ꝓpter ſeip
ſum fact⁹ eſt hō ꝛ circūciſus ī carne h̄ vt
nos ꝑ grām faceret deos ꝛ vt ſpūaliter
circūdamꝰ ſic ꝓpter nos ſiſtit̄ dño vt diſ/
cam⁹ deo p̄ñtare nos ipſos ꝛ h̄ poſt circū
ciſionē ei⁹ factū eſt vt oñdat neminē niſi
circūciſū vicijs dignū eſſe dīnis ꝯſpectibꝫ
Quarto voluit ī tēplo offerri ꝓpt̄ miſti/
cā ſignificacionē vt ibidē doctor tāgit ad
q̄rtū. Nā leuitici. xij. p̄cipit̄ vt illi q̄ poſ
ſent offerrēt agnū ſimꝉ ꝛ turturē ſiue co
lūbā ꝓ filio aut filia q̄ vero nō ſufficerēt
ad offerendū agnū offerrēt duos turtu
res aut duos pullos colūbe. Xp̄s ḡ cū
diues eſſet ꝓpt̄ nos egen⁹ fact⁹ ē vt illi⁹
inopia diuites eſſem⁹. vt dī. ij. ad coꝝ.
viij. ꝓ ſe pauperē hoſtiā offerri voluit ſicꝫ
ꝛ in ipſa natitate p̄nis īuoluit̄ reclinat̄
in p̄ſepio nihilomin⁹ tn̄ hmōi aues figu/
re cōgruūt. Turtur enī q2 eſt aīal ꝛ auis
loquax p̄dicacōnē cōfeſſionē fidei impor
tat. Q2 vero eſt aīal caſtū ſig̃t caſtitatē
Q2 vero ē aīal ſolitariū ſḡt cōtēplacōeꝫ
Colūba vero ē aīal ſimplex ꝛ māſuetū ꝛ
ſḡt māſuetudinē ꝛ ſimplicitatē. Eſt aūt
animal gregale vnde ſignificat vitā acti
uam ꝛ hui⁹ hoſtia ſignificat ꝑfectionem

xpi ꝛ membroꝝ eius vtrūqꝫ aūt ꝓpter cō-
ſuetudinem gemendi preſentes ſanctoꝝ
luctus deſignat. Sz turtur que eſt ſolita-
ria ſignificat orationum lacrimas. Colū-
ba vero que eſt gregalis ſignificat publi-
cas orōnes eccleſie vtrūqꝫ autē aīal du-
plicatum offerebat vt ſanctitas non ſolum
ſit in aīa ſꝫ etiā in corpe hec ſctūs tho. Ibi-
dem ꝛ ꝓpter hec q̄tuor xp̄s voluit in tem-
plo preſentari. Unde etiam ex dictis pꝫ
ratio lrālis quare xp̄us ſibi reſeruauerat
oīe p̄mogenitum. Sz ratio moralis eſt
iſta. Sic enī inter viꝝ ꝛ vxorē fit matri-
monium ad ꝓles generandas. Ita inter
ſpm̄ ꝛ carnē eſt quaſi matrimonialis con-
iunctio ad generandū ꝓles ſcꝫ actus vir-
tuoſos ꝛ opa meritoria qꝛ caro ſine ſpiri-
tu nichil valet. Nam ſp̄us mouet carnē
ad opera virtutum ꝛ meritoꝝ exercēda
que ꝓles dicunt̄ vn̄ dicit dd̄. Filij tui
ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu menſe tue.
De iſtis filijs ſcꝫ actibus virtuoſis deus
vult p̄mogenitū ſibi offerri ſꝫ quis ē ille
p̄mogenitus. Regl'a eſt pħie ꝙ illud qđ
eſt vltimū in executōne eſt p̄mū in inten-
tione erga deum verbi grā. Si queratur
quare hodie veniſtis ad miſſaꝫ q̄ fuit vr̄a
p̄ma intentio ſi dicitis ꝓpter honorem dei
ꝛ virginis ꝛ ex ordinacōne eccl'ie tūc bn̄
ſtatis in ꝯſcīa qꝛ p̄mogenitū offertis deo
qꝛ intentio vr̄a bona eſt qꝛ ꝓpter deū ve-
niſtis. Si vero dicis veni ad eccleſiaꝫ vt
videā tm̄ mulieres ꝛc̄. Tūc p̄mogenitū
offertis dyabolo ꝛ nō deo. qꝛ vr̄a inten-
tio mala eſt. Itē de elemoſina ſi datis eā
intencōne vane gl'ie vel huiuſmodi p̄mo-
genitus datur dyabolo. Si autē dat̄ vt
deus vobis faciat elemoſinā de gratia q̄ꝫ
ab eo petitis qn̄ anima vr̄a veniet ad por-
tam ꝑadiſi pulſans ꝛ petens elemoſinaꝫ
ꝙ deus vobis faciat elemoſinā tūc offe-
retur p̄mogenitus deo. Ideo in quolibet
opere virtuoſo queratis inter vos cui da-
tur ꝛ offert̄ p̄mogenitꝰ ne meritū perda-
tur ex mala intencōne qꝛ nichil valet opꝰ
virtuoſū mala intencione factū ꝛ multa
ꝛ magna opera virtuoſa ꝑdunt̄ ex mala
intencōne facta. qꝛ p̄mogenitus nō offe-
ret̄ deo. Ecce q̄re deus precepit ſibi offer-
ri p̄mogenita. Ideo dic̄ aplus. Siue er-
go manducatis ſiue bibatis omnia ī gl'aꝫ
dei facite. ī. ad Corin. x. Ideo dn̄s noſter
ihеſus xp̄s vt p̄mogenitus ꝛ vnigenitus
virginis marie voluit in templo preſen-
tari deo pr̄i ꝛ in manibꝰ ſacerdotꝪ offerri.
Et. v. ſiclis quaſi. v. regalibꝰ argenti rede-
mi iuxta legem que habet̄ Numeri. xviij.
vbi dicit. Quicq̄d primum erumpetis a
valua cuncte carnis q̄ꝫ offerunt domino
ſiue ex hominibꝰ ſiue de pecoribꝰ fuerit tui
iuris erit ita dumtaxat vt ꝓ hominis pri-
mogenito p̄cium accipias ꝛ facias redi-
mi q̄nqꝫ ſiclis q̄ viginti obulos hꝫ ꝛ ſic
niſi redimeretur erat ſacerdotis ꝛ ſeruie-
bat in templo. Dicat̄ practica preſentaci-
onis virgo enī maria obtulit filium ſuum
xp̄m ī manibꝰ ſacerdotis ꝛ ille obtulit eū
domino. O q̄ꝫ fatuus ſacerdos ſi cogno-
uiſſet eum ipꝫ adoraſſet. De inde voluit
eum retinere ſacerdos videns virginem
matrem pauꝑem ꝛ ait virgo non retine-
atis eum. Ecce. v. ſiclos habeo hos pau-
latim cōgregauerat ꝛ recepit ab ore ſuo
ꝓprio forte minus ꝯmedēns vt filiū ſuuꝫ
redimeret ꝛ aperuit burſam non de auro
vel ſerico ꝛ ſoluit quinqꝫ ſiclos ſcđm legis
conſuetudinem ¶ Queſtio eſt hic quare
xp̄s voluit redimi quinqꝫ ſiclis cum eſſet
mundi redēptor ꝛ hac de cauſa fuerit miſ-
ſus a deo pr̄e ¶ Nota duas ad ſꝫ rn̄ſiones
vnā allegoricā aliā moralē. Allegorica
ē iſta voluit enī. v. ſiclis redīi quēadmo-
dū ipe redēpturꝰ erat mūdū. v. p̄ncipali-
bꝰ plagis in q̄bꝰ ꝯſiſtit tota nr̄a redēptio
ſcꝫ circūciſione fuga in egiptū flagellacio-
ne coronacōe ꝛ crucifixione. Ideo dđ. apđ
dn̄m mīa ꝛc̄ ¶ Scđa rō eſt moralis dās
nob̄ exēplū vt qn̄ hō ē venditus dyabolo
ex peccato. qꝛ peccare moraliter eſt ſeipm̄
vendere diabl'o vbi grā q̄ facit pōpā vani

tatē ꝛ. precio ſuperbie vendit ſe dyabolo
Auarus recipiens vſuram ꝛ preciū quo
vendit dyabolo ꝛ etiā p furtum rapinaȝ
ꝛ ſic de alijs ſpēbꝫ auaricie luxurioſus illa
delectacōe dat ſuā animā dyabolo. Jtē
de alijs pctīs Jdeo oportet redemi. v. ſi/
dis. Si volumꝰ ſaluari ſcȝ opibꝫ pñie
Primū eſt ꝯtritio cum ꝓpoſito nō redeū
di ad peccata/ Scdm oris ꝯfeſſio/ Tercio
corporis afflictio/ Quartū debitoꝝ reſti
tutio/ Quintū iniuriaꝝ remiſſio ꝛ verifi/
cat illud ſacre ſcripē vbum. Eſt q̄ mul/
ta redimat modico precio ꝛ reſtituens ea
vſqꝫ i ſeptuplum Eccl'. xx. Quantum ad
terciū hoc feſtum inq̄ntum tangit ſanctuȝ
ſymeonem dr̄ dies obuiacōnis ſymeonis
dicatur practica. Nam tunc tpis qn̄ vgo
pepit filiū ſuū oēs iudei apti ꝛ in lege eru
diti ꝓcerto hēbant ꝙ meſſias erat natꝰ
qꝛ videbāt tēpus in ꝓphetijs aſſignatū cō
pletū ꝫ non cognoſcebant eū ꝛ ꝓpter hoc
dixit Johes bap. Mediꝰ vr̄m ſtetit q̄ȝ
vos neſcitis Jo. j. Jdo multi orabāt vt
oſtenderet ſe eis ſingulariter ſctūs ſymeō
ſenex ꝛ iuſtꝰ. Et rn̄ſum accepit ſymeon a
ſpū ſancto nō viſuꝝ ſe mortē niſi videret
xp̄m dn̄i. Et ſciēs illā ꝓphetiā ſtatim ve
niet ad tēplū ſanctū ſuū dn̄ator q̄ȝ vos
q̄ritis ꝛ angelꝰ teſtamenti q̄ȝ vos vultꝭ
Malach. iij. Propter ꝫ quolibet die ve
niebat ad templū ꝛ qn̄ videbat aliqꝫ mu
lierē portantē ꝓlem ipē petebat eſt ne fi
liꝰ vel filia ꝛ ſpūs ſanctus nichil ſibi dice
bat vſqꝫ in hodiernā diē in q̄ ſibi dixit ho
die obuiabꝭ in tēplo meſſie regi ipīmqꝫ vi
debis. Jdo pꝰ ſompniū bono mane ſur/
rexit ꝛ iuit ad tēplū mūdās ipȝ ꝛ ornās
qꝛ qn̄ rex dȝ itrare domū debȝ domꝰ or/
nari. Jdo cātat ecclia Adorna thalamū
tuū ſyon ꝛ ſuſcipe regē xp̄m ꝛ cū magna
deuocōe expectabat videre eū ſecus de ſa
cerdote q̄ expectabat eū vt accipet potꝰ
oblacōes ꝛ habebat turturem ꝛ colūbam
oīs eīn q̄ ſua ſūt querūt nō q̄ ihū xp̄i ad
Phil'. ij. Nā tres ꝯdicōnes pſonaꝝ ſunt

q̄ nō attediant de quibuſdaȝ negotijs p̄/
mo ſcȝ de ludo puer. ſcdo mlieres de do
riſacōe. Tercio ſacerdotes de offertorio
ꝫ de illis que ſunt ihēſu xp̄i ſtatim attedi
antur. Cum autem virgo cum ioſeph in
trauit templum ſpiritus ſanctus dixit ſy
meoni ſymeon iſta eſt mater eius et filꝰ
eius eſt rex ꝛ meſſias in lege ꝓmiſſus ſta
tim ſenex flens pre gaudio adorauit eum
ꝛ ipſum recipiens in vlnas ſuas incepit
cantare vnam cantilenam pulchraȝ qua
tuor verſuum. Nunc dimittis ſeruum tu
um domine ſecundum verbum tuum in
pace ꝛc. Ecce diē obuiacionis ſymeōis.
Jdeo hodie cantat eccleſia. Cumqꝫ indu
cerent puerum ihēſum parentes eius acce
pit eū ſymeon in vlnas ſuas ꝛ dixit. Nūc
dimittis ſeruum tuum domine ſcdm verbū
tuū in pace. Queritur quare ſanctus ſy/
meon accepit eū in vlnis ſuis. qꝛ hoc non
fuerat ſibi a ſpiritu ſancto ꝓmiſſum. ꝫ ꝓ
miſſum fuit ſibi ꝙ nō moreretur niſi priꝰ
videret xp̄m dn̄m. Vnde ergo tanta pre
ſumptio ꝙ ipȝ accipit. Reſpondeo ꝙ ad
ſaluacionem noſtram non ſufficit videre
xp̄m per fideȝ ꝫ ipſum recipere oportet in
manibꝫ per bona opera. ideo Mar. vltio
Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit ſaluꝰ
erit. Diceret aliquis ego habeo iſtos ocu
los anime ſcȝ dextrum credendo criſti di/
uinitatem ꝛ ſiniſtrum xp̄i humanitatem.
Sic videt criſtus a nobis in via quid er/
go oportet me aliq̄d facere. Dico ꝙ ſicut
ſymeon ꝙ accipitur xp̄us in manibus per
bona opera Quid ꝓderit fratres mei Si
fidem quis dicat ſe habere opera autē nō
habeat. Nunquid poterit fides ſaluare eū
fides ſine operibus mortua eſt Jacobi. ij
Jn ſignum huius hodie portamus cande
las accenſas in manu que ſignificant tria
que ſunt in criſto. Cera mollis ſignat car
nem xp̄i q̄m habuit paſſibilem que lique
facta fuit i paſſione lignen album ſignat
animam Criſti puriſſimam lumen vero
ſignat criſti diuinitatem immenſam Non

enim ſufficit videre lumen in altari. nec xp̄m per fidem. ſed manibus per bona opera ipſum recipere. Ideo aplus. Glorificate ⁊ portate deum in corde. prima. ad Cor. vi. Tunc enim portatur xp̄us a nobis quādo eius amore vitamus peccata. Deo gracias.

¶ De beato Blaſio Sermo.

GRanū frumēti cadens in terra mortuum. Verbum iſtud habetur Johannis. xij. Sicut tota ſolennitas hodierna eſt beati Blaſij epiſcopi ⁊ martiris. ſez glorioſiſſimi. Ita erit ⁊ ſermo maxime quia in eius boā vita ſunt multe virtutes ⁊ exempla. de quibus poterimus recipere bonam inſtructionem pro bono vite noſtre regimine. Sed prius ſalutetur virgo Maria ⁊c̄. Iſtud thema eſt reſponſio ad queſtionem querentem per aliquem ignorantem quis fuit iſte ſanctus Blaſius. et cuius condicionis. Reſpondet thema. Granum frumēti cadēs in terra ⁊c̄. Verba ſunt figuratiua ſecrete indicancia virtutes ⁊ excellencias iuxta quinqꝫ verba thematis.

¶ Prima virtus eſt humilitas virtuoſa. quia granum et non palea

¶ Secunda eſt ſublimitas gracioſa. qꝛ frumenti et non ordei.

¶ Tercia eſt aduerſitas rigoroſa. quia cadens ſcz dignitate.

¶ Quarta eſt acerbitas doloroſa. quia in terra ſcz ꝑ tormenta.

¶ Quinta eſt felicitas precioſa vel glorioſa. quia mortuum.

¶ Quantum ad primum dico. ꝙ vna virtus magna. ⁊ excellēcia vna beati blaſij fuit humilitas virtuoſa. licet enim eēt plenus virtutibus alijs tamen eas cōſeruabat in burſa humilitatis. alias enim ꝑderentur. Gregorius. Qui virtutez ſine humilitate congregat quaſi ventū in puluerē portat ¶ Nota h̄ duplicē hūilitatē

¶ Prima eſt virtuoſa.

¶ Secunda eſt vicioſa.

Virtuoſa eſt qn̄ homo ex vna parte cogitat dei immenſitatem ⁊ potenciam infinitam. Ex alia propriam ſui paruitatem ⁊ defect⁹ ⁊ ſic cor humiliatur. Et talis humilitas que eſt reſpectu dei eſt virtuoſa. et multuz placet deo quia iſto modo creatura nihil ſe reputat nec preſumit de ſe Iſtam laudat beatus Jacobus dicens. Humiliamini in conſpectu dei. non dicit hominum ⁊c̄. Jaco. iiij. ¶ Secunda humilitas eſt vicioſa. qn̄ quis in conſpectu hominū humiliatur ⁊ tn̄ intus habet cor inflatum vt venter mulieris grauide. et corā hominibus faciunt vt ypocrite. De illis dicit ſcriptura ſancta.. Eſt q̄ nequiť ſe humiliat ⁊ interiora eius plena ſūt dolo. Ecc̄i. xix. Humilitas autē beati blaſij fuit v̾tuoſa. qꝛ humiliabatur in conſpcū domini aſcendebāt enim ſua opera vt vitaret vanā gloriam. Pernoctabat eniz orando ⁊ contemplando ⁊ ſecrete tenebat lectum penitencie ⁊ portabat aliciuz et extra ibat honeſte indutus. Jeiunabat et quantum poterat ex humilitate abſcōdebat ſuam ſanctitatē. ſed deus exaltauit eum. Auc̄tas. Humiliamini in conſpectu dei ⁊c̄. quia deus vult cauſaz manifeſtare ad gloriam dei. ⁊ bonū exemplum hominū ¶ Nota ſuꝑ illo verbo Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montez poſita. dicit gloſa Auguſti. i. perſona ſuper ingentem vitā. Secus de ypocritis qui appetunt videri ⁊ laudari. Et ficte faciant multa opera et tales vt fumus tranſeūt totaliter ⁊ non habent fundamentum in deo. quia dicit ſcriptura. Gaudium ypocrite ad inſtar puncti. Job. x. Humilitas virtuoſa beati Blaſij notatur cum dicit granū. Nam palea ſignat ſuperbos Rō

quia plures ſunt eorũ ꝙ̃ humiliant. Se
cundo etiã quia palea eſt vana ⁊ leuis.
et ſemꝑ eminet granũ vero paruũ ⁊ ſꝑ
ſubicitur. Sic humilis ⁊c̃. Juxta hoc di⸗
cit ſcriptura. ꝙ futurum eſt ſcȝ ꝑſona ſan
cta ſeminans ſcȝ in hoc mundo ſed nudũ
granũ ſcȝ a vanitatibꝰ. Ecce humilitas
prima Cor. xv. Deus autem quãtoma
gis beatus Blaſius abſcondebat ſuã ſã
ctitatem tantomagis publicabat in mira
culis que faciebat. Dicatur quõ erat de
ciuitate capadocie ⁊c̃. Et dicatur mira⸗
culũ de puero curato filio vidue in cuiꝰ
gutture ſpina piſcis tranſuerſa ipſum ſuf
focauit vel ſuffocabat ⁊c̃. xp̃s vero con⸗
ceſſit ſanitatem pro illo ⁊ pro omnibus
qui de malo guttere ipſum inuocarent ex
hoc hodie benedicitur in honorẽ beati bla⸗
ſij panis vinum ⁊ huiuſmodi ⁊ verifica
tur illud in beato Blaſio Lu. xviij. Om
nis q̃ ſe humiliat exaltabit̃. ¶ Nota qui
ſe humiliat ſcȝ de humilitate vera exalta
bitur. ¶ Dico ſecundo ꝙ ſecũda virtus
eſt ſublimitas gracioſa. ſcȝ in dignitate.
quia fuit epiſcopus ciuitatis ſubaſtẽ. iõ
dicitur frumenti qꝛ ſcȝ inter alia grana ẽ
melius. Jdeo prelati qui in populo ſunt
maiores ⁊ nobiliores ſignificantur ꝑ fru
mentum. Zach. ix. Quid bonũ eius. ſ.
populi xp̃iani ⁊ quid pulchrum eius ſcȝ
frumentũ electorum. i. prelatum. Et qꝛ
beatus Blaſius fuit epiſcopus. Jdeo di
citur frumenti. Dicatur quomodo fuit
electus non ſolum a canonicis ſed etiã
ab omnibus laycis ſebaſtis orantibꝰ ⁊c̃
Et ſubito deus inſpirauit in cordibus. ſ.
talium omnium vt peterent Blaſium
in epiſcopum alta voce. ipſo autem con⸗
tradicente omnino fuit electus. ⁊ flens
aſſumpſit. Racio quare ipſe flebat. qꝛ
in iudicio epiſcopi habent reddere racõẽ
non ſolum de ſuis proprijs animabus ſꝫ
de omnibus ſibi commiſſis. Jdeo dicit
ſcriptura. Judicium duriſſimum in hijs

qui preſunt fiet. Exiguo enĩ conceditᷣ mi
ſericordia. potentes enĩ potenter tormen
ta patientur Sap. vi. ¶ Nota iudiciũ
duriſſimũ Tria enim iudicia ſũt platl
Primũ eſt quõ intrauit dignitatẽ. Si
ꝑ portã qñ ſcȝ ſine ſcitu eligitᷣ. vel papa
prouidet ſine ſui vel ſuoꝝ reqͥſitione. Si
vero aliter intrat fur eſt ⁊ latro. nec põt
ſaluari niſi renũciet. Vñ ſcriptura de hoc
dicit. Amen amen dico vobꝭ qui non in
trat ꝑ oſtiũ in ouile ouiũ ſed aſcendit ali
unde vel ꝑ lrãs vel ꝑ preces armatas. l
ꝑ dona ⁊c̃. ille fur eſt ⁊ latro. Joh. x. O
durũ iudicium fiet ei. Secundũ erit du⸗
rius iudiciũ qḋ ei fiet ſcȝ quõ vixit poſt
ꝙ̃ intrauit ⁊ quõ redditus expẽdit. quia
tres ꝑtes debet facere de eis. vnã pro ſe.
ſecundã pro ſua familia. terciã pro pau⸗
peribꝫ. Terciũ erit ſcȝ iudiciũ duriſſimũ
quod fiet ei qñ reddẽ conputũ de anima
bus dãnatis ex ſua negligencia. Nã cui⸗
libet tali dicitᷣ Ezech. xxxiij. Speculato
rẽ te dedi domui iſrahel. Audiẽs ḡ ex me
ſermonẽ annunciabꝭ ex me ei. Si me di⸗
cẽte ad impiũ morte morieris non fuerl
locutus vt ſe cuſtodiat impius a via ſua
ip̃e impius in ſua iniquitate morietᷣ. ſang⸗
uinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Si
autẽ annunciãte te ad impiũ. vt a vijs
ſuis ↄuertatᷣ ⁊ nõ fuerit ↄuerſus ip̃e mori
etur tu autẽ aĩaȝ tuam liberaſti. Jã vi⸗
detis quõ ⁊ qualiter curatᷣ de animabꝫ qꝛ
parũ. Ecce quare dicit. Judiciũ duriſſi⸗
mũ ⁊c̃. Jſta ↄſiderãtes antiqui ſcti cũ
maximo timore accipiebãt onus ep̃atus,
et ↄdicebant q̊ſqꝫ ↄgnoſcebãt dei volũ
tatẽ ⁊ tunc ↄfidendo de auxilio diuino ac
cipiebãt. Dicatᷣ quõ beatus Blaſius fac
tus ep̃s non mutauit ſtatũ ſuũ vt faci⸗
unt multi mali. Statim ei faciunt varia
tes in familia nimis magᷣ in equis ⁊ pom
pis dicẽdo honores mutãt mores ſcȝ in
malis ⁊ in bonis non eſt verũ. Et qꝛ bea
tus Blaſius nõ dimiſit ſuũ ſtatũ ḡ nec

deus abſtulit ſibi gr̃am miraculoꝝ ymo augmẽtauit eã qꝛ non ſoluꝫ curabat hoĩ nes ꝫ eciã aĩalia ferociſſima q̃ eciaꝫ ſibi obediebãt. Dicatur miraculũ de muliere paupcula hñte vnicuꝫ porcellũ qui a lupo fuit captus q̃ cum maxia feſtinacõe recurrit ad beatũ Blaſium vt preciperet lupo vt reſtitueret ſibi porcuꝫ quẽ emerat etc̃. Qđ et fecit. Stati eniꝫ viuũ ꝓſtitit ſibi lupus. Mõ cogitate hic duo diligẽter. Primo virtutẽ beati Blaſij. Scđo duriciã noſtraꝫ. Virtus ei beati Blaſij qꝛ mouit coꝛ lupi ferociſſimi ad reſtituẽduꝫ carnes quas tñ ipſe diligit obediendo beato blaſio qꝛ erat amicus dei ⁊ deo obediens. ſic eciã fuit in primo ſtatu ꝙ q̃ꝫ diu adam fuit deo obediens aĩalia obedierũt ei. Scđo ꝯſiderate duriciã noſtraꝫ lupus eñi rapax ad ꝓceptuꝫ beati Blaſij reſtituit furtũ. Et tu fur latro non ex precepto blaſij ꝫ dei. nõ vis reſtituere furtũ ſeu vſurã peiores ſumus q̃ꝫ beſtie. O q̃t vſurarij ſunt q̃ mutuant .x. floꝛe. ⁊ ponit̃ in inſtrumẽto ꝙ ſunt .xij. vel emunt mĩoꝛi precio pato. vel vendũt in plus ꝓpter preciũ ſperatũ. vel ſup poſſeſſiones accomodãt pecuniã interim recipiũt fructus vel recipiũt a coĩtate ⁊c̃. vel retinent ſibi ſolidatã ſeruoꝝ. vel bona eccĩe vt deciãs vel primicias vel bona defunctoꝝ nõ poſſunt ſaluari niſi reſtituãt. Non ei dimittitur pctm̃ niſi reſtituat̃ ablatũ. Regula eſt iuriſtarũ ⁊ eciã theologoꝝ. ⁊ eſt Auguſti. originaliter h̃ dicere poteril ꝯ ipos vſurarios. ¶ Dico tercõ ꝙ tercia ꝟtus eſt aduerſitas rigoroſa cum dicit̃. cadẽs etc̃. ſcꝫ de dignitate epali. Cũ enim fuiſſet diu in ſuo epatu venit aduerſitas cõtra xp̃ianos vel ꝙ abnegarẽt fidẽ xp̃i vel ꝙ moꝛerẽtur. ꝓpter qđ beatus Blaſius fuit depoſitus ⁊ exul a ſuo epatu a prefecto ⁊ iuit in deſertũ vbi in q̃dam mõte ⁊ in quadã ſpelũca vixit in maxia pnĩa. Ecce quõ poteſt dici cadẽs. Et poterat dr̃e cum dauid. Impulſus euerſus ſuꝫ vt caderẽ. ⁊ dñs ſuſcepit me ſcꝫ de deſerto. et qꝛ in tanta aduerſitate noluit deũ deſerere nec deus ipm̃ deſeruit. Nã cum eſſet i deſerto nec haberet ad comedendũ confidens in deo dixit. Oculi oĩm in te ſperãt dñe ⁊c̃. dicẽs ſuas hoꝛas deuote ac ſi fuiſſet in ciuitate. Et hoꝛa prãdij exibat ſpeluncã. ⁊ di. hiſto. ꝙ volucres veniebãt ad euꝫ poꝛtantes ei cibum de illo qđ ipẽ aues coẽdebãt. poꝛtabãt ei ſibi hoꝛa prãdij ſcꝫ hoꝛa nona veniebãt q̃nquaginta l̃ centũ colunbi cũ granis tritici. Itẽ ſtoꝛnellus cuꝫ oliuo in roſtro. Itẽ coꝛui poꝛtabãt ſibi ficus nouas. Itẽ falcones veniebant cũ pdicib⁹. Et beatus Blaſius dicebat verſuꝫ et omnes aues erãt in circuitu. Nota ꝙ nullus ep̃s nec rex habet tot ſeruitoꝛes ⁊ comedebat illud qđ ſibi placebat non carnes ⁊ poſt diuidebat eis cibuꝫ ꝓcipiens eis ꝙ non litigarẽt di. quõ eſt confidendũ de deo qui ei bene ſeruiũt deo non opoꝛtet eos timere ꝙ eis deficiat. Nõ dicat q̃s religioſus O miſer vnde habebo aliã cappaꝫ qñ iſta erat rupta ⁊c̃ Seruiatis deo diligenter qꝛ nihil vob̃ deficiet. Nunq̃t dicit ipẽ deus Ih̃s xp̃s ſcꝫ primũ q̃rite regnum dei ⁊ hec oĩa adicientur vob̃ Math̃. vi. Idem de clericis et laycis. Sed mõ talis eſt vita multoꝛũ ꝙ mirum ẽ quõ inueniũt aquã in fontibus qꝛ non ſunt digni. Sed de illis q̃ ſeruiũt deo dicit xp̃us. Nolite ſolliciti eſſe dicentes. quid mãducabimus aut q̇d bibemus aut quo operiemur. Scit ei pater veſter qꝛ hijs omnibus indigetis. mathei. vi. Item non ſolum aues ſed eciam animalia vt leones vrſi lupi. Si aliquãdo infirmabantur ꝙ habebãt aliquid in gutture ⁊c̃. vel ſpinam veniebant ad eũ oſtendentes ei vulnera qui curabat ea i nomine Iheſu cum ſigno crucis facto ſup plagaꝫ dicens. De cetero caueatis nl̃li noceatis quia ex malicia veſtra ⁊ ex cul

pa euenit vobis hoc malū vel ſimilia ver
ba. ¶ Nota hic quia animalia irronabi-
lia ꝓ ſanitate obtinenda recurrebant ad
xp̄m ⁊ vos ad quē recurritis ad dyabo-
lum qꝛ ad diuinos vel ſortilegos. Si di
catur. hoc facimus quia non habemꝰ me
dicos apothecarios nec medicinas ⁊c̄.
Dicatur de virtute huius noīs Iheſus
Iuxta illud homines ⁊ iumenta ſaluabꝭ
domine quēadmoduꝫ ⁊c̄. Ideo dauid.
Beatus vir cuius eſt nomē domini ſpes
eius ⁊ non reſpexit in vanitates ⁊ inſani
as falſas. ¶ Quarta virtus ē acerbitas
doloroſa ſcꝫ multoꝝ tormētoruꝫ quod
innuitur cum dicitur in terra qꝛ de deſer
to ductus fuit ad terram ſuam vt ibi per
martiriuꝫ coronā glorie acquireret. Co
ronans coronabit te ſcꝫ tribulatōe quaſi
pilā mittet te in terram de tormento in
tormentum. Cū enim fuiſſet in deſerto
vt dixi in ſpelunca xp̄us ſibi apparuit di-
cens ꝙ ſibi offerret ſacrificium qui intel-
lexit ꝙ diceret miſſam ⁊ ſurrexit ⁊ interī
venerunt ad eūm aliqui homines miſſi a
comiſſario imꝑatoris vt ipſum adduce-
rent captuꝫ. Et tunc beatus Blaſius in-
tellexit ꝙ xp̄us dicebat de ſacrificō cor-
poris ſui in martirio Et flexis genibꝫ gra
cias egit xp̄o quia r̄cordabatur de ſeruo
ſuo. Cum autem duceretur captus con-
uertit multos videntes miracula que fa
ciebat. Cum autem adductus eſſet corā
preſide dixit ei preſes. Gaude Blaſi a-
mice deoꝝ ſalutans euꝫ dulciter. Et ait
Blaſius non dicas deos ſed demones.
Tunc iratus preſes dedit ſibi quinqꝫ tor
menta. ¶ Primum quia fecit eum fuſtibꝫ
cedi. et in quolibet ictu beatꝰ Blaſius di-
cebat Iheſus xp̄us. ⁊ virtute huius no-
minis viuebat. quia alias mirū erat qm̄
poterat viuere. ¶ Secundum fuit capcio
carceris fetentis ſine cibo ⁊ potu. Sed
licet corpus detineretur in carcere ani-
ma tamen ipſius diſcurrebat per palacia

paradiſi deuote contemplando ordines
angelorum. Fuit eciam confortatus a
muliere cui lupus porcum reſtituerat. q̄
audiens beati Blaſij capcioneꝫ portauit
caput porci coctum ⁊ panem ⁊ vinuꝫ cū
lucerna accenſa ad beatum Blaſiuꝫ que
habita licencia a carcerario intrauit carce
rem ad quam dixit beatus Blaſius. Fi
lia volo tibi ſoluere caritatem quam er-
ga me feciſti. Noueris ꝙ ego in breui de
beo martiriſari ⁊ impetrabo tibi ſolutio-
nem. Et quia es pauper dabo tibi mo-
dum ditandi. Quolibet anno cum can-
dela accenſa venies ad eccleſiam meam.
Et ita fecit ⁊ ditata eſt infra breue tem
pus. De nullo alio ſancto legitur ꝓmi-
ſiſſe alicui diuicias temporales. ¶ Terci
um tormentuꝫ fuit aculeus in quo nudꝰ
et ferreis pectinibus dilaniatus intantū.
ꝙ fluuius ſanguinis decurrebat de corpo
re eius Ipſo autem dicente. Non ſunt
condigne paſſiones huius temporis ⁊c̄.
ad Roma. viij. non curauit hoc tormen-
tum. Et iterum reducitur ad carcereꝫ vt
interim pararentur forciora tormenta.
Septem autem mulieres que ſanguinē
martiris colligebant ex deuotione capite
truncantur. ¶ Quartum tormentum fuit
quia preſes iuſſit ipſum mitti in lacum q̄
ſignatus ab eo ſtetit ſicut arida. ⁊ ipē in
medio. Cultores vero ydolorum volē
tes ad eum venire demerſi ſunt. Aqua
enim ſuſtinet leuia ſed nō grauia. maxīe
onera peccatorum. ¶ Dico quinto ꝙ q̄n
ta virtus eſt felicitas glorioſa cum dica-
tur mortuum. Nullum enī tormentuꝫ
facit martirē glorioſū niſi mors. Iō ayt
dauid. Precioſa in ꝯſpcū dnī mors ſcō
rū eius. Sic ordinatū eſt a xp̄o ꝙ nullꝰ
habeat felicitatē glorie niſi ꝑ mortē. q̄a
nec ipſe xp̄s nec eius mater virgo Ma-
ria aliter habuerunt. Nonne ſic oportuit
pati xp̄m ⁊ ita intrare in gloriam ſuam.
Luce. xxiiij. Iō dicitur mortuū in thꝛāre

Nota eius martirium. Cũ enim fuiſſet in ſtagno angelus dñi dixit ei. O glorioſe egredere ⁊ ſuſcipe coronā. Ipſo autē egreſſo apparuit lux magna ante faciem eius ⁊ dixit preſidi. vt cognoſcas qꝫ reputo mihi ad gloriam mori ꝓ xpo. ecce me huc preſento ⁊ qꝫ multi conuertebā tur ex eius miraculis ideo dedit preſes ꝯ eum ſniaʒ decapitacōis. Cum autem beatus Blaſius oraret dixit ei dominus. Omnē peticōeʒ tuam adimplebo ꝓmittens iuuare omnes inuocātes eum ⁊ hoc dicto capite ceſus eſt. Nota hic ſancti et amici cum quanta penitencia habuerunt paradiſum ⁊ nos credimus illuʒ habere ſine penitencia ſed mētita eſt iniquitas ſibi ⁊c̄. Jō oportet nos facere penitenciā ſcʒ in corde ꝑ contricōeʒ. in ore ꝑ confeſſionem. ⁊ in corpe ꝑ aliquā afflictōem Jō ait xps. Penitenciā agite ⁊c̄.

## De ſancta Agatha ꝟgine ⁊ mar.

Similis eſt homini patrifamilias. Habetur verbū iſtud Math. xiij. Sicut tota ſolennitas ⁊ officiū hodiernum eſt beate Agathe ꝟginis precioſiſſime et martiris. Ita erit et ſermo. Sed primo ſalutet virgo Maria ⁊c̄. Iſtud verbū ſm ꝙ ego volo illud ꝑtractare de preſēti habet talem intellectū. Q beata Agatha eſt ſimilis hoi patrifailias. Queritur ḡ quis eſt iſte paterfamilias. Dico ꝙ nullus alius niſi xps Unde ipē ayt. patrem ſcʒ vlem nolite vocare vobis ſuꝑ terrā vnus eſt enim pater veſter ſcʒ vniuerſalis qui in celis eſt. Math. xxiij. Dicit ḡ thema noſtrū. Q beata Agatha eſt ſilis hoi patrifailias. i. gēris xpiane qꝫ geniti⁹ ſingularis eſt ſm declinacōʒ grecā. Sciendū auteʒ ꝙ in ſacra ſcriptura inueniūtur clare tres ſimilitudines inter deum ⁊ hominē. Et ſic videbimus de qua loquitur thema. Prima eſt ꝑ eſſencialem vel ſubſtancialem creationem.

Scđa eſt ꝑ humanalē incarnationeʒ

Tercia ꝑ virtualem ymitacionem

Per primā homo factus eſt ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem dei. Qñ enim de⁹ creauit animam imprimit in ea ſuaʒ ymaginem. Sicut tu qñ imprimis ſigillum cere imprimus ſimul ⁊ ymaginem ſigilli. velud eciam mulieres ſigillando panem in furno. Ita deus qñ creat animam. in ea imprimit ſuam ymagineʒ. Cogita ꝙ deus ſit vt ſigillum vnius eſſencie vel ſubſtancie ⁊ trium perſonarum. Ita anima eſt vnius eſſencie ⁊ trium potenciarum. Prima eſt memoria que eſt de preteritis. Secunda eſt intelligencia ſcʒ de preſentibus et Tercia eſt voluntas de futuris. Nulla alia creatura huius mundi habet iſtam ſimilitudinem cum deo niſi homo non ſol licet ſit tam pulchra creatura nec luna ⁊c̄. Et ſicut deus eſt vnus in toto mundo ⁊ ipſum regit ⁊ gubernat. Ita anima eſt vna in toto corpore ⁊ tota in toto corpore. Et tota in qualibet parte. vt vult phs in ſcđo de anima. Et ex iſta ſimilitudine dixit deus quādo voluit creare hominem. Faciamus hominē ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram. Geñ. j. Verbum eſt dei patris ad filiuʒ et ſpiritum ſanctū qui poſſunt creare hominem ⁊ non ad angelos vt falſe dicūt iudei. Iſta eſt prima ſimilitudo inter deum ⁊ hominem. ſed iſta ſimilitudo ſola non ſufficit ad ſaluacōem. quia omnes homines habēt iſtam ſimilitudinem cum deo ⁊ cū non omnes ſaluātur Ideo dānabile eſt tantam ſimilitudinem diuine ymaginis indigne ſeruare. Magnū eniʒ peccatū eſſet ꝓicere ymaginē crucifixi in luto vel igne. maius pcm̄ eſt illoꝝ q̄ ꝓiciūt aīaʒ quaʒ fecit non faber lignarius vel argētarius ſʒ deus ad ymaginē ſuaʒ.

Et tu auare picis eam in luto auaricie.
Et tu luxurioſe in igne luxurie. Jdō ɔſer-
uanda eſt honeſtiſſime vt reliq̄e ligni cu
ſtos vel virgis Marie qꝫ precōlioꝛ ē aīa
q̄ȝ quecūq̄ȝ reliq̄e. ¶ Secūda ſimilitudo
inter deū ⁊ hoīem eſt ꝑ humanalē incar-
nationē qñ deus factus ē ad ymaginē et
ſilitudinē hoīs aſſumens ꝑfectā huma
nitatē in vnitatē ꝑſone. Sicut enim in
creacōe homo factus fuit ad ymaginem
dei. Jta deus factus eſt ad ymaginem et
ſilitudinē hoīm. hoc dicit ſcriptura. Qui
cum in forma dei eſſet non rapinam arbi
tratus eſt eſſe ſe equalē deo ſꝫ ſemetipm̄
exinaniuit formā ſerui accipiens in ſimilitu
dinem hoīm factus ⁊ habitu inuētus vt
homo Ad philipp. ij. Nec iſta eciā ſilitu
do ſufficit ad ſaluacōeȝ ymo ɔ̄ſiter agra
uatur dampnacio hoīs indigne tractantis
naturā quaȝ deus aſſumpſit. Deus enī
exaltauit humanitatē in gloria ſuꝑ ange
los ⁊ tu vituꝑras eā viuendo vt porcꝰ
luxurioſe. ¶ Tercia ſimilitudo ē ꝑ virtua
lem ymitacōem. ꝑ hoc enim homo refici
tur ad ymagineȝ ⁊ ſilitudinē dei ſicut ad
exemplar oīm virtutū. verbi gracia. Sic
fuit miſericoꝛs ⁊ liberalis cōtra auariciā
Noli eſſe auarus ⁊c̄. ꝑ vſuram ⁊c̄. Si
cut xp̄us fuit caſtus ⁊ purus ⁊c̄. abſti-
nens caritatiuus ⁊ plenus amoꝛe. Jta ⁊
tu ⁊c̄. Jſta ſimilitudo ſufficit ad ſaluaci
onem preſuppoſitis primis Et iſta ē me
lioꝛ ⁊ dat conplementū alijs qꝫ ſine iſta
alie ſimilitudines nō ſaluarent. Jdeo di
cit ſcriptura. Eſtote ymitatoꝛes .i. ſimi-
les dei ſicut filij cariſſimi. ⁊ ambulate in
dilectione ſicut ip̄e dilexit vos. Ad phi-
lippen. v. Juxta iſtam ſimilitudinem ter-
ciam dicit thema de beata Agatha Simi
lis eſt homini non ſolum ꝑ primam ⁊ ſe
cundā vt alij ſed ꝑ virtualem ymitatio
nem. Modo videamus ſilitudines vir-
tuales maioꝛes Agathe ad xp̄m. et de
quibus poſſumus recipere bonam inſtru
ctioneȝ pro regimine vite noſtre. Et no
taui ſex in eius vita. fuit enīȝ ſilis xp̄o
¶ Primo in virtuoſa cōuerſacōe
¶ Scđo in fructuoſa predicacōe.
¶ Tercō in luminoſa diſputacōe.
¶ Quarto in ſua paſſione.
¶ Quinto in ſua defunctione.
¶ Sexto in ſua tumulacōe.
¶ Quantum ad primum dico. q̄ beata
Agatha ⁊c̄. quia recte vt xp̄us fuit con
uerſatus in hoc mundo. ita voluit eciam
beata Agatha cōuerſari. quia ſicut pictoꝛ
vel mulieres que operātur de ſerico iuxta
exemplar depingunt ymaginem. Jta bea
ta Agatha ad ymaginem ſcȝ vite xp̄i de
pingebat ſuam vitam virtutibus ⁊ ope-
ribus bonis. Primo enim reſpiciebat fa
ciem xp̄i principium vite humane. quia
cuȝ eſſet altius in ſuo palacō paradiſi cū
patre ⁊ ſpiritu ſancto cum ſuis l'aicni-
bus .i. angelis voluit deſcendere ⁊ clau-
di in parua cella vteri virginalis. Jn q̄
beata Agatha notauit infinitam xp̄i hui-
litatem. Et voluit ei in hoc aſſimilari qꝫ
cum eſſet nobilioꝛ genere. pulchꝛioꝛ cor
poꝛe ⁊ famoſioꝛ in bonitate ciuitatis ca
thanenſis. Et moꝛtuis parētibus remā
ſit heres illius magni palacij patris ſui q̄
exemplo xp̄i dimiſit palacium patris. et
oꝛnamenta ⁊ vaſa aurea argentea ⁊ re
ſtrinxit ſe in quadam parua domo vt ſim
plex ꝑſona. Ecce quomodo fuit ſimilis
xp̄o in humilitate. Jtem ſicut xp̄s in ſua
conuerſatione fuit puriſſimus ⁊ caſtus.
quia nunq̄ȝ guſtauit de illa delectacōe ve
nerea. Jta beata Agatha in hoc fuit ſibi
ſimilis. Ecce quō ad xp̄i exemplū depī
gebat vitam ſuā. vitabat familiaritates
hominum quia alias virginitas nō poteſt
bene conſeruari. Dicatur pro correctōne
beginarum vt vitent familiaritates ⁊c̄.
Sicut eciam xp̄s in hoc mūdo voluit te
nere aſperā vitam qꝫ vltra .xl. quā fecit
tota vita xp̄i fuit .xl. Dicit mgr̄ hiſtoria.

ꝙ nunꝗ̃ comedit carnes niſi de agno paſ
chali volens ſeruare legē nunꝗ̃ cenabat
Ita beata Agatha in hoc voluit ſibi aſſi-
milari ieiunabat dimiſit carnes quia vir
ginitas cum abſtinencia conſeruatur. per
ſona enī guloſa ſemꝑ erit luxurioſa. Et
ſi ad extra oſtendatur caſta ſecrete tamē
faciet multas corrupcones niſi ſit abſti
nens. Item xp̄s in hoc mundo voluit eē
pauꝑ. cum tamen eſſet dominus omniū
rerum quia domini eſt terra ⁊c̃. xxxiij an-
nis portauit eandem veſtem quaʒ ſibi fe
cit mater ſua cum eſſet puer. Ita beata
Agatha voluit indui pauꝑrime vt begi
na ⁊ dabat patrimoniuʒ pauperibꝫ amo
re dei ⁊ viuebat proprijs manibꝫ filauit
inſuit texuit qꝛ nullus poteſt cōtinue ora
re ⁊c̃. Iſto modo virgo Maria proui-
debat ſibi filio ⁊ ioſeph. O benedictus
eſt qui ſic diuidit tempus modo orando
modo operando ⁊c̃. Item xp̄us fuit di
ligens laborando predicando de villa ī
villā ⁊c̃. Ita beata Agatha fuit diligēs
in operibus ſuis ſpiritualibꝰ. Surgebat
in media nocte ad orandum ⁊c̃. qualibet
ebdomoda confitebatur eciaʒ cum lacri
mis ⁊ qualibet die dominica communica
bat cum maxima deuocōe. Ecce quomo
do fuit ſimilis homini patrifamil̃. Mo
raliter ſi non poſſumus ita eſſe ſil̃es xp̄o
vt fuit beata Agatha ad minus quoli-
bet die teneatis certam oracōem mane ⁊
ſero cogitando ꝙ videris xp̄m preſentē
Item poſt laborem ſex dierū ebdoma-
de in dominica quieſcatis ab omni opere
temporali non tangatis ꝑtem domini ſ̃
audiatis miſſam completam cum ſilencō
Aliud autem tempus ſit tuum ad delec-
tandum ludendum non ad taxillos ⁊c̃.
ſed ad baliſtaʒ. non pro pecunia ⁊ huiuſ
modi non eundo ad lupanar vel ad furā
dum fructus vel aliud quia ſi ſic faceret
melius eſſet fodere ⁊c̃. qꝛ non eſſet ma-
gnum peccatū. Dicit enim deus. Memē

to vt diem ſabbati ſanctifices ⁊c̃. Exo.
xxij. Sabbatum quietis eſt dominica in
qua xp̄s quieuit ab opere noſtre redemp
tionis. Sanctificatur enī audiendo miſ-
ſam ſermones ⁊c̃. Item in quolibet an-
no cōmunicare in paſcha ſi iſtam regulā
velletis ſaluare iretis ad paradiſuʒ abſqꝫ
purgatorio. Omnia honeſte. i. deuote ⁊
ſc̄m ordinem fiant in vobis. j̃. ad Cor.
xiiij. ¶ Dico ſecundo ꝙ beata Agatha
fuit ſimilis xp̄o in fructuoſa predicacōne
Modo videamus xp̄s quomodo in hoc
faciebat martha. i. irritans. Jdeo de iſta
pietate dicebat apoſtolus ad diſcipulum
ſuū thimotheū. Exerce teipſum ad pieta
tem. Nā corporalis exercitacio ad modi
cū vtilis eſt pietas autē ad oīa vtilis ē
ꝓmiſſionē habens vite q̄ nunc eſt ⁊ fu/
ture. p̄ma ad thimotheū. iiij. Exercitacio
corporal' fit per ieiunia vigilias cilicia ⁊c̄.
ſ; reſpectu operꝫ pietat' ad modicū vtilis
eſt q; ſolum ſibi ꝓdeſt gubernādo corp⁹
ſ; opera pietat' ⁊ quibꝫ dantur habentes
ꝓmiſſionē vite que nunc eſt ⁊ future Jō
iuxta hoc conſiliū apoſtoli beata martha
dedit ſe operibꝫ pietatis ad xp̄m ⁊ ad diſ/
cipulos ſuos in domo ſua recipiēdo. Di
catur hiſtoria q̄mō in die ramorꝫ poſtq̄
xp̄s p̄dicauit. Circūſpectis omnibus ⁊c̄.
Marci. xi. Regreſſus eſt bethaniā cum
diſcipulis ad prandiū in domo Marthe
cū tamen iā eſſet ſero. Jdō martha dice
batur hoſpita xp̄i. Dicat̄ q̄modo poſt xp̄i

aſcenſionē vendidit omnia ponēs preciū
ad pedes apoſtolorꝫ vt diuiderent xp̄ia/
nis pauperibꝫ. Ecce opera pietat' corpo/
ralia. De ſpūalibꝫ autē dicat̄ cum ꝓpter
exiliū veniſſet ad ꝓuinciā q̄modo p̄dica/
bat dans ꝓuiſionē animabus de coquina
ſpūſſancti eis miniſtrans eſcas ſpūales
intantū ꝙ ipſa ex vna parte ⁊ beata mag
dalena ex alia p̄dicabant ⁊ p̄dicando con
uerterunt totā ꝓuinciā. Dicatur q̄modo
p̄dicabat de articulis fidei vt de trinitate
incarnacōne ⁊c̄. ⁊ ꝓbabant hoc miracu/
lis curādo infirmos ⁊c̄. Jdō conuerte/
bantur. Jſte pietates maiores erāt q̄m
corporales Dicat̄ hic cū recederet de ter
ritorio aquenſi vt iret auinionē tranſiuit
per taraſco vbi erat ingens draco maior
balena ⁊ erat ſemipiſcis ⁊ ſemiaial. Jdeo
viuebat in aqua ⁊ in terra. Et in aqua ro
dani ſubuertebat naues trāſeuntes vt co
mederet hoīes ſuper quo gētes illius ter
re ſcientes ſuā ſanctitatē ſcꝫ beate marthe
recurrerūt ad eā vt ꝓuideret de hoc. Di/
catur q̄modo beata martha cū aqua be/
nedicta ⁊ cruce iuit cōtra draconē. Com
mendetur hic virtus aque benedicte. Et
cū draco vellet eā inuadere beata Mar/
tha ſubito cū ſcuto crucis dixit. Ecce cru
cem dn̄i fugite ⁊c̄. ⁊ ligauit eum Et dra
co ſequebat̄ eam vt ouis ſequitur paſto/
rem ⁊ interfecerūt eum. Et in memoriā
hui⁹ miraculi dicit̄ mō loc⁹ taraſco cū an̄
diceret̄ Nerluch id eſt niger locus. Sed
quia ille draco dicebatur taraſcus. Jdō
locus dicitur modo taraſco poſt hoc iuit
auinionē ⁊ cum predicaſſet ibi in quadā
magna platea vbi nunc eſt conuent⁹ pre
dicatorum quidam iuuenis infidelis vo
lens venire ad ſermonē ſine naui natan/
do voluit tranſire rodanum ſubmerſus
fuit ⁊ poſt triduum inuentus eſt. Beata
Martha ſuſcitauit eum deuote orando
Jheſum chriſtū ꝙ ſicut ipſe voluit ſuſci
tare Lazarum fratrem ſuum ꝙ vellet

ſuſcitare illum iuuenem Ecce quō exerce
bat opera pietatis. Jdeo dicit̄ martha .i.
irritans demonem per opera pietatis cor
poralia ⁊ ſpiritualia. Jdeo dicit euuāge
lium Martha autē ſathagebat circa fre
quens miniſteriū tam corporale q̄ȝ ſpiri
tuale. Dicatur ſimilitudo de duobꝫ mili
tibꝫ quoꝝ vnus cuſtodit caſtꝝ regi ⁊ ali
us nō ſolum cuſtodit caſtꝝ ſ acquirit mlꝫ
ta alia caſtra ab inimicis cui magis tene
bit̄ rex. Nunq̄d magis tenebit̄ illi qui cuſ
todit ⁊ acquirit alia ymo. Jta deus cuili
ber noſtꝝ cōmiſit caſtꝝ ſcꝫ corpus. Jdeo
cuſtodiat̄ ab inimicis ne intrent debet tñ
quilibet nō eſſe ↄtentus de ſeipō. ſed mul
ta alia dꝫ acquirere predicando expellen
do demones qō fit qñ ſuperbus humilia
tur auarus reſtituit ⁊c̄. Jdem de ſeptem
peccatis. O cum q̄nta diligentia predica
tores deberent facere iſtas ↄqueſtas max
ime magiſtri qui habent ſcientiam. Jdeo
martha nō ſolum cuſtodiuit caſtꝝ ſuum
ſ multa alia xp̄o acquiſiuit Jdeo xp̄s dicꝫ
qui aūt fecerit ⁊ docuerit hic magnus vo
cabit̄ in regno celoꝝ Mat. v. docere ⁊ ñ
facere bonā vitā nichil valet Jdeo apo
ſtolus Attendite tibi ſcꝫ caſtꝝ tuū cuſto
diendo ⁊ lectioni exhortacōni ⁊ doctrine
noli negligere grām dei que data eſt tibi
j. ad Thy. iiij. Dico tercio ꝙ tangit̄ dig
nitas perſonalis cum dicit̄ ſollicita es .i.
anxia. Nam pſone in dignitate exiſtētes
debent eſſe ſollicite ad Ro xij. Qui p̄eſt
in ſollicitudine ſp̄. preſit. Jdeo cū dicit̄
ſollicita es oſtendit̄ dignitas perſonalis.
dicatur Poſtq̄ȝ diu predicauit quō fecit
vnum monaſteriū monialiū atarasco et
multe virgines ibi intrarūt ⁊ nō habebāt
redditus ſ ſuis manibꝫ opabant̄. Et q̄d
quid lucrabant̄ ponebāt in ↄmuni nō cō
medebant carnes nec pinguedinem aliq̄ȝ
Jdō modicum expendebant. Dicatur cō
tra moniales quō nichil faciūt ſ ocioſe ⁊
vagantes vadūt p ↄuentum reſpiciendo
hinc inde ⁊c̄. Dicat̄ p ſeptem dies ante

ſuum obitum vidit celos aptos ⁊ multi
tudinem angeloꝝ animam beate magda
lene ſororis ſue ſecum portantem. Tunc
xp̄s ſibi reuelauit ⁊ octaua die ip̄a etiam
veniret ad gloriam paradiſi dicatur quō
in nocte qua debuit ad dominum migrari
in camera ſua fecit accendi magna lumi
ria ⁊ dum dormirent oīs qui erant in ca
mera niſi ipſa venerūt demones ⁊ extinx
erunt omnia luminaria ⁊ ip̄a orauit. O
dn̄e ⁊ ſic dimitteris me in tenebris. Tūc
deſcendit beata magdalena ſoror ſua cuꝫ
luīe ⁊ accendit oīa luīaria. Jteꝫ fecit ſibi
legere paſſionem ſ̄m lucam qꝛ habuerat
multa ab ore beate marie virginis. Et ſic
obijt. Dicat̄ hic miraculū ſancti frontoni
in quo miracl̄o oſtendit̄ gloria beate mag
dalene ⁊ beate marthe qꝛ xp̄us in habitu
epiſcopali ⁊ beatus frontonus epiſcopus
fecerunt exequias ipſius corporis. Et cū
poſuiſſent corpus in ſepultura dixit criſtꝰ
Jn memoria et̄na erit iuſtꝰ hoſpita mea
Jn hoc cognouerunt xp̄m ipſum eſſe ⁊ de
nll̄o ſancto nec ſancta legit̄ hoc niſi de iſta
Et de virgine maria qꝛ xp̄us fuit in exe
quijs virginis marie. Moraliter hic no
ta ſi volumus dimittere peccata ⁊ ſeruire
deo honorabit nos. Quicūq̄ȝ honorifica
bit me glorificabo eum. j. ad Ro. ij

Sermo beati Petri ad vincula

Dominus eripu
it me d̄ manu herodis verbū iſtd̄
habetur originaliter in actibus apoſtolo
rum. c. xij. ⁊ recitatur i epiſtola hodierna
ſolennitas ⁊ feſtum hodiernum dicit̄ bea
ti petri ad vincula. Tria feſta fiunt de bea
to petro apoſtolo in anno. // Primo qñ
fuit liberatus a captione miracl̄oſe ⁊ iſtd̄
fit hodie. // Scd̄m qñ fuit exaltatus in
cathedra honorabiliter ſcꝫ in fine februa
rij // Tertium qñ in celo fuit coronatus
gl̄oſe ⁊ iſtud fit in fine Junij. Nō habeo
vobis p̄dicare de p̄mo ſ. q̄ fuit liberatus.

Sed primo ſalutef̄ virgo maria. ⁊ reſū‑
maf̄ thema. De materia ⁊ feſto hodier‑
no beati petri volo predicare ⁊ vobis da
re tres declaracōnes.
Prima erit hyſtorica ſeu lr̄alis.
Scd̄a erit allegorica ⁊ figuralis
Tercia erit tropoloyca ⁊ moralis.
Et ꝓ qualibet poteſt bene dici thema dn̄s
eripuit me de manu herodis. Nam ꝓ pri
ma dicat petr⁹ qn̄ fuit eductus de carcere
ꝑ angelum vtȝ in textu. Pro ſcd̄a dicet
aīa beata qn̄ intrat paradiſū dn̄s eripuit
me de mānu herodis. i. dyaboli. De tercia
ꝑſona que exit de peccatis ⁊ mala vita ⁊
redit ad ſtatū gr̄e poteſt dicere dn̄s eri‑
puit me de manu herodis. i. peccati. Dico
primo ꝙ prima declaracio erit hyſtorica
⁊ lr̄alis. Scd̄m ꝙ legitur in textu biblie.
Actuū. xij. Ille mal⁹ rex herodes nō ille
qui interfecit inocentes q2 ille dicebaf̄ he‑
rodes aſcolonita ⁊ iſte qui cepit petꝝ vo
cabaf̄ aggrippa qui venit nouiter ꝯſtitut⁹
rex ſuꝑ iudeaȝ ab impatore romano. Et
id͂o vt iudi ipm̄ bn̄ recipent ſciēs ꝙ iudei
habebāt petꝝ exoſū q̇ tūc p̄dicabat ⁊ con
uertebat multos iudeos volens eis ꝯpla
cere herodes cepit petꝝ ⁊ poſuit in carce‑
re ligatū cum duabꝫ cathenis dēptis ma
nicis ⁊ ꝯpedibꝫ ⁊ vltra h̃ int⁹ in carcere
fecit ſtare duos hoīes armoꝝ ⁊ porta car
ceris erat ferrea. Et cogitauit herodes. ſi
iſte petr⁹ q̇ ſuſcitauit mortuos. Si vellȝ
poſſet fugere ꝓpter h̃ extra ad portā car‑
ceris poſuit. xx. hoīes armoꝝ. hoc dic̄ tex‑
tus cū dicit tradēs eū q̄tuor q̄ternionibꝫ
militū ad cuſtodiendū eū Quaternio dr̄
capitaneus q̄tuor hoīm armoꝝ Id͂o dic̄
text⁹. Trāſeuntes p̄maȝ ⁊ ſcd̄aȝ vigiliā
⁊ ſic tenebant petꝝ captū vt ſic placeret
iudeis Iſta rō aſſignaf̄ in textu cum dicit
Videns āt qd͂ placeret iudeis appoſuit ap
p̄hendere petꝝ. Ecce h̃ tota corruptio iu
dicū qn̄ dn̄i tꝑales iudices ⁊ aſſeſſores
cupiūt magis ꝯplacere gentibꝫ q̄ȝ deo de‑
ſtruif̄ iuſticia. Iſto mō iudiciū xp̄i fuit ꝑ
ditū ꝑ pylatū q2 nullā cām mortis inue
nit in criſto tn̄ vt placeret iudeis dimiſit
ipm̄ voluntati eoꝝ vt crucifigeref̄. Iſto
modo etiam fuit peruerſū iudiciū vicarij
ſui beati petri ꝑ herodem Iſta de cauſa dā
nantur multi iudices volentes magis cō
placere populo q̄m deo. Ideo dauid dix‑
it. Dominus diſſipat oſſa eoꝝ qui homi‑
nibꝫ placent confuſi ſunt qm̄ deus ſpreuit
eos Id͂o ad Gal. j. Non quero homini‑
bus placere. Iſta oſſa ſunt diuitie poſſeſ
ſiones officia ſeu dignitates ſunt eīn for
talicia quibꝫ homines ſuſtentantur ſaliciȝ
mundani. Racio ſicut ī corpore hominis
oſſa ſūt fortiora ⁊ ſuſtinēt corpus ⁊ car‑
nes. Ita fortalicia in quibꝫ homines mū
di ſuſtentantur ſunt diuitie dignitates ꝑ
entes. De quibus dicit dauid deus diſſi
pauit oſſa ſcilicet in mundo ⁊ in alio quid
erit. Reſpondit confuſi ſunt ſcȝ in iudicō
dei Racio qm̄ deus ſpreuit eos quia pre
cium ſanguinis xp̄i infiniti valoris nō va
lebit ad ſaluandum tales. Ideo domini
⁊ iudices aſſeſſores ⁊ rectores communi‑
tatum auſeris vos in ſententijs dandis
potius habeatis reſpectum ad deum ⁊ ad
iuſticiam q̄m ad homines in iudicio iudex
nō debet cognoſcere patreȝ matrem frēm
filiū nec amicum ſꝫ deum ⁊ puram iuſtici
am. Ideo herodēs volens placere iudeis
dampnauit ſe tali intencōne tenendo pe‑
trum captum ſed deus prouidit. Naȝ di
cit textus petrus quidem ſeruabatur ī car
cere oratio autem fiebat ſine intermiſſiōe
ab eccleſia ad deum ꝓ eo Actuū. xij. Di‑
catur quomodo apoſtoli orabant ꝓ libe‑
racōne beati petri flentes dicendo domine
ihū xp̄e libera vicarium capitaneū ⁊ paſ‑
torē noſtꝝ. Ex alia parte orabant ꝓ eo
virgo maria cum alijs ſanctis mulieribꝫ
dicendo. Dn̄e ⁊ ita cito morief̄ vicarius
vr̄. hic habē⁹ doctrinā quō tot⁹ ppl̄s dȝ
orare ꝓ ſuo p̄lato in tribulacione poſito
vt puta pro Papa Epiſcopo dn̄o terre
Item pro rege talis oratio multum pla‑

cet deo qꝛ tangit totam cōmunitatem eo
rū malū qꝛ ſicut bonū vel malum capi-
tis eſt bonum vel malū omniū menbro-
rū. Ita de prelato qui eſt caput bonū vl'
malum criſtianoꝝ. Ideo dicit apoſtolus
Obſecro igitur primū oīm fieri obſecra-
cōnes oracōnes poſtulacōnes gratiarum
actiones ꝓ omnibꝫ hominibꝫ ꝓ regibꝫ ꝓ
omnibꝫ qui ī ſublimitate cōſtituti ſunt vt
quietam ⁊ tranquillam vitam agamus.
vſqꝫ ſaluos fieri. j. ad Thy. ij. Modo vi
deamus quomodo deus audiuit oratōes
ipſoꝝ. Nam in nocte poſtqꝫ noctem bea-
tus petrus debebat tradi iudeis vt more-
retur dum petrus dormiret vinctꝰ inter
illos duos homines armoꝝ. Angelꝰ do
mini cum magno ſplendore venit ⁊ illu-
minauit totū carcerem ⁊ terruit illos du
os homines armoꝝ percuſſoqꝫ latere pe
tri excitauit eū dicens. Surge velociter
⁊ fracte ſunt cathene ⁊ dixit ei angelus ꝑ
cinge ⁊ calcia te ⁊ circunda tibi veſtime-
tum tuum ⁊ ſequere me. Angelꝰ recipi-
ens petrum per manū extraxit eum de car
cere. Cuſtodes autem quaſi mortui nihil
ſentierunt ⁊ credebant ſe ſompnum vide
re. Exiſtimabat autem ſe viſum videre ſꝫ
quando fuerunt extra palaciuꝫ in quodā
vico angelus diſparuit ⁊ petrus inuenit
ſe liberatum ⁊ dixit verum eſt hoc ꝙ ego
ſum liberatus ⁊ nō eſt ſompniū. Et dixit
nunc ſcio vere quia miſit dominus ange-
lum ſuum ⁊ eripuit me de manu herodis
⁊ de omni expectacōne plebis iudeorum
Ecce declaracio hyſtorica ⁊ literalis. Et
iſta de cauſa reſpectu perſone liberate. qꝛ
pape ⁊ reſpectu orationis reſpectu mira-
culi ⁊ vtilitatis xpianitatis ⁊ reſpectu mi
raculoꝝ cathenaꝝ beati petri fuit iſtud feſ
tum hodiernum inſtitutum ⁊ facta eſt ec
cleſia in roma ⁊ dicit̄ ſancti petri ad vin-
cula. Et videtur completa ꝓphecia fuiſſe
dauid in perſona beati petri. d. Dirupiſti
vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis
⁊ nomen domini īuocabo ſcꝫ feſtum ec-

cleſia. Ecce quare dicit beatus petrus in
themate dominus eripuit me ⁊c̄. Dixi ꝙ 2
ſcd̄a declaracio erit allegorica ſeu figura-
lis ⁊ ſunt in dicta liberacōne beati petri q̄-
tuor puncta ſignificantia ſecreta. Primo
q̄d ſignificat carcer. Scd̄o quid ſignificāt
illi duo milites inter quos petrꝰ erat vic
tus Tercio quid ſignificant ille due cathe
ne. Quarto q̄d ſignāt q̄tuor quatnriones
militum. Dico primo ꝙ carcer ſignat ſta
tum peccati mortalis. Ratio quia carcer
habet ſeptem condicōnes repreſentātes
ſeptē peccata mortalia. Prima condicio
carceris ꝙ eſt tenebroſus ⁊ ſignat pecca-
tū ſupbie qd̄ ꝓuenit ex modica claritate
qꝛ nō cognoſcit ſuam miſeriam nec pecca
ta ⁊c̄. Scd̄s carcer eſt ſubterraneus baſ-
ſe inferius. Ecce auariciam quia auari in
infimo terre ſtant nec curāt de celeſtibus
Tercio carcer fetet qꝛ ibi faciunt negocia
Ecce hic peccatum luxurie qꝛ fetidā facit
ꝑſonā luxurioſā ꝑ malam famā qꝛ gen-
tes loquunt̄ de ipſa dicendo. O de iſto ri
baldo vl' ribalda ſeu putana. Quarto car
cer eſt locus ſolitariꝰ Ecce hic peccatum
īuidie qꝛ ꝑſona īuida ſola vellet hr̄e bo-
nū ⁊ triſtat̄ de bono alteriꝰ. Quinto car
cer eſt humidus. Ecce hic peccatum gule
qꝛ guloſi ſunt huiuſmodi in cibo ⁊ potu ī
ordinando ⁊c̄ Sexto in carcere eſt deſpe
racio. Ecce hic peccatū ire. Septio in car
cere nihil opat̄. Ecce h̄ peccatū accidie ī
bonis opibꝫ meritorijs. De ſcd̄o dic̄ dor
miens int̄ duos milites q̄d iſti duo mili-
tes ſignāt. Nota petrꝰ dormiēs ſig̃t pec-
catorē in carcere peccati dormientē inter
duos milites ſcꝫ angelū bonū ⁊ angelū
malū. Angelꝰ bonus inducit ad bonum.
Nunq̄d auditis vos verba ſua qn̄ loqui
tur ymaginacōni. d. Tu peccaſti ⁊ feciſti
h̄ ⁊ hoc. Ideo vade ad confitendum. Et
angelus malus ad aliud latꝰ trāhit ve q̄d
oportet mō ꝯfiteri ſufficit in quadrageſi-
ma dicerent gentes ꝙ es ypocrita. Item
quādo dic̄ angelus bonus ymaginacioni

loquens Tu es vſurarius vel furatus fu
iſti hoc ꝛ retines de mortuis vel ſolidatā
ſeruoꝝ ꝛc̄. Ideo vade ſatiſfac alias dāp
naberis. Reſpondit ali⁹ a ſiniſtris de ſuf-
ficit dimittere ī teſtamento ꝛc̄ Item dic̄
bon⁹ miles ecce tu habes inimicos remit
te ꝛ deus dimittet tibi peccata tua Nam
nichil melius ad obtinendū remiſſionem
peccatoꝝ dic̄ alius mal⁹ vt dicet̄ poſtea
ꝙ es iude⁹. Ecce peccator quomodo dor
mit inter duos milites vnus celeſtis ali⁹
infernalis ꝓpter hoc dicit apoſtolus. Sur
ge qui dormis ꝛ exſurge a mortuis ꝛ illu
minabit tibi xp̄us ad Ephe. v. De tercio
dico quid ſignificāt due cathene q̄ tenent
petrōrez vinctū. Dico ꝙ ꝑma eſt longa
ꝯſuetudo ſcđa mala ſocietas O quot ſūt
victi iſtis duabꝫ cathenis ꝑmo iuratores
qui qn̄ reprehendunt̄ a ꝯfeſſoribꝫ dicunt
cōſuetudo eſt. Item apotecarij inciſores
barbitonſores qui in dn̄icis in feſtiuitati
bus opatoria aperta allegantes ꝯſuetu-
dinez ꝯtra ius diuinū. Item de fabris ꝛ
alijs officijs hoc volo dicere ꝙ iſta cathe
na eſtis ligati cū qua ad infernū trahemi
niſi corrigatis vos de futuro ꝛ faciatis pe
nitentiā de preterito. Item de diuitibus
qui mutuāt ad vſurā ꝛ qn̄ ꝯfitentur ꝛ de
iſta materia interrogant̄. Reſpondēt nō
pater nō facio vſurā. dicit ꝯfeſſor dn̄e nō
qꝛ ꝯſuetudo eſt ꝛ eccleſia ꝑmittit dicatur
ꝙ eccleſia ꝑmittit multa quia non poteſt
corrigere ſed papa nec beatus petrus ſi vi
ueret poſſet in vſura diſpenſare. Cenſua-
lia bona ſunt duabꝫ condicōnibꝫ ſeruatis
Prima ꝙ ſit vera emptio ꝛ vendicio. ſe-
cunda ꝙ preciū ſit iuſtum. Item de mer-
catoribꝫ qui vendunt ad ſpem pro qua re
cipiunt plus dicentes ꝙ ꝯſuetudo eſt. itē
de mulieribꝫ ꝛ vanis ornamentis earum
de caudis ꝛc̄. Oſtendendo carnes nudas
dicendo cōſuetudo eſt Iſta cathena quot
ducuntur ad infernum. Item de religio-
ſis carnes ꝯmedentibꝫ dicendo conſuetu
do eſt. Contra iſtos tales dicebat ieremi

as. Si mutare poteſt ethiops pellez ſuā
aut ꝑdus varietates ſuas ꝛ vos poten-
tis beneface ei dederunt malum quaſi di-
cat non Iere. xiij. Scđa cathena eſt mala
ſocietas. O quot dāpnat etiā iſta multi
irent ad paradiſum niſi ꝓpter malam ſoci
etatem. Dicatur ꝯtra malos homines q̄
diſpectis vxoribꝫ viduis vel alijs haben-
tibꝫ ꝓcuratores vel magiſtros ꝛ iam in-
cipiunt ludere ꝛc̄. foras. Item de clericꝭ
ꝯcubinarijs foris quātumcunqꝫ ſocietas
ſit nobis cara ſi eſſet cauſa peccati foras
hoc non ſolum eſt doctrina criſti ſed poete
Que nocitura tenes q̄muis ſint cara re-
linque. Ecce quare dicit vinctus cathēis
duabus. De quarto quatuor quaternio
nes militum ſignificant ꝙ anima ad ꝯtā
ſcꝫ mortem obſeruatur a multitudine de
monum. Solum virgo maria pro ſingu
lari gratia obtinuit ꝙ non fuiſſent demo-
nes in eius morte ꝛ alijs hominibꝫ quā-
tūcunqꝫ ſanctis nullus eſt exemptus Iō
dauid inhabitabunt ꝛ abſcondent ipſi cal
caneum meum obſeruabunt. Inhabita-
būt ſcilicꝫ demones in camera vbi homo
moritur ꝛ abſcondent ſe ſup̄ qꝛ non vidē
tur niſi aliquociens a ſanctis perſonis. Et
calcaneum que eſt vltima pars corporis
ſignat mortem obſeruabunt. Ecce quat̄
niones militum cuſtodientes Sed reme
dium qđ de⁹ dat nobis eſt quando homo
penitet de peccatis qđ fuit confeſſus ꝛ ſa
tiſfecit ꝛ proponit abſtinere ſicut anima
exit a corpore in gratia deus mittit ange-
lum ſuum ſꝫm ꝓmiſſionem a deo factam
Exodi xxiij. Ecce ego mitto angelum me
um qui precedat te ꝛ cuſtodiat te in via
ꝛ introducat in locum quez paraui Exo.
viceſimo tercio. Quātum ad terciū dixi
ꝙ tercia declaracio eſſet tropoloica ꝛ mo
ralis. Pro qua notaui octo puncta in li
beracōne beati petri ſignificantia octo que
deus facit volens liberare peccatorem a
carcere ꝛ vult ipſum reducere ad bonam
vitam.

Primo angelus illuminauit carcerem.
Scḋo percuſſit in latere petrū
Tercio petrus erexit ſe
Quarto ceciderunt cathene.
Quinto petrus precinxit ſe.
Sexto calciauit ſe
Septimo circumdedit ſibi veſtimentum
Octauo ſecutus eſt angelum

Primum opus qḋ deus facit in liberacō
ne peccatoris eſt illuminacio carceris pec
cator enī ſtat in carcere tenebroſo nō cog
noſcit pericula nec peccata in quibus ſtat
quid amittit ꝓpter peccata ⁊ que incurrit
Sed qñ venit lux refulſit ī habitacło car
ceris. Oportet primo ꝙ radius luminis
diuini ſeu diuine gratie illuminet. Tunc
ad talem illuminacōez. Dicit religioſus
clericus vel ſecłaris. O miſer quid eſt de
me tot anni ſunt ꝙ ſum in mala vita ⁊c̄.
Iſtud lumen petebat dauid poſtq̄ȝ pec
cauit d. Illumina oculos meos ne vnq̄ȝ
obdormiā in morte ne quando dicat ini
micus meus preualui aduerſus eū nō lo
quitur de oculis corporis q̄ȝ nō legitur ip
ſum fuiſſe cecum ſȝ ḋ oculis anime. Scḋo
ꝑcuſſoq̄ȝ latere petri excitauit eum. Ecce
hic ſcḋm opus ꝙ perſonam q̄ȝ deus vult
ad ſe conuertere percutit ſcȝ cordis con
punctiones ⁊ cordis ꝯmocōnes que a dō
ſunt Ezechieł. vj. Ego contriui cor eorum
nunq̄d vos ſentitis multociens iſtas cō
punctiones ymo. Tercio petrus erexit ſe
fricando oculos credens ꝙ eſſet ſompniū
Ecce ꝓpoſitum nō redeundi ad peccatuȝ
tunc homo ſtat recte ⁊ circa deum. Ideo
dauid. Surgite poſtq̄ȝ ſederitis qui man
ducatis panem doloris. Quarto ceciderunt cathene. Ecce confeſſio quot peccata
mortalia habet homo tot cathenis eſt li
gatus ⁊ quando homo confitetur ⁊ ꝯfeſ
ſor eleuans manum dicit. Ego te abſol
uo omnes rumpuntur magnum mirabile
eſt quia omnes homines mundi cum cul
tellis non poſſent ſoluere vnam cathenaȝ
Sed tanta eſt virtus confeſſoris ꝙ ſtatī
omnes rumpuntur. Dicatur hic miracu
lū breuiter de illo magno peccatore ī om
ni ſpecie peccatoꝝ qui inductione aliqua
rum deuotarum perſonarum iuit ad eccle
ſiam vt cōfiteretur. Cumq̄ȝ fuiſſet ad por
tam eccleſie quedaȝ ſancta perſona vidit
ſeptem demones ipſum hominē cū cathe
nis trahentes ne intraret eccleſiam. Si di
catur ab aliquo quare non retinebant eū
cum ſint ita potentes Reſpondetur ꝙ ꝓp
ter liberum arbitrium qḋ non poſſunt co
gere ⁊c̄. Ideo apoſtolus viuus eſt ſmo
dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio
ancipiti ad Heb. iiij. Quinto cum dixit.
Angelus precinge te hic ſubtiliter oſten
dit reſtitucōez. Nam ille qui tenet bona
aliorum ⁊ non reſtituit quia vult ire am
ple in pompis vanitatibus mulis ſcutife
ris ⁊c̄. Et quando a confeſſoribꝫ dicitur
eis ꝙ reſtituant ⁊ ꝙ ſtringant ſe Reſpō
dent O oportet me minuere de ſtatu ⁊c̄.
Ecce quare dicit precinge te peccator nō
faciendo vanitates de bonis alterius ſȝ re
ſtituere oportet ⁊ precingere ſe ⁊c̄. Idō
apoſtolus Luce. xij. Sint lumbi veſtri ꝑ̄
cincti ſcȝ viuendo de bono iuſto. Et lucer
ne ardentes in manibꝫ vr̄is. i. oꝑa merito
ria. Sexto calciare Ecce h̄ remiſſio iniu
riaꝝ diſcalciatꝰ vō eſt iniuriatꝰ ⁊ ſentit
q̄ȝ ſūt īpacientes ⁊ vindicatiui q̇ ſentiūt
iniurias dicēdo nō ꝑ corpꝰ. Ego me vin
dicabo. Calciati ſūt patiētes ī dextro pe
de ꝑ timorē dei. In ſiniſtro ꝑ timorē in
ferni nō ſentiūt iniurias ꝓpriī q̄ntūcūq̄ȝ
magnas. Nullꝰ ſic diſcalciatꝰ pōt intra
re ꝑadiſū. State ḡ calciati in preparacio
ne euuangelij pacis ad Eph. vj. Septi
mo circūda tibi veſtimentū tuū ſcȝ man
tellū tuū ſȝ ſignat honeſtā ꝯuerſacionem.
Mantellꝰ cooperit alia indumenta Ita
honeſta conuerſacio operit peccata. Ideo
ꝯuerſemī honeſte circa deū apte ante ꝑ de
uotā orationē ⁊ ꝑ ieiunia apte poſt a dex
tris ꝑ elemoſinam a ſiniſtris per patien
tiam. Sic enī circumdatur veſtimentum.

Ideo dicit iohēs. Beatus qui vigilat et
cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambu-
let ⁊ videant turpitudinem ſuā Apocal.
xvj. Octauo cum dicit̄ ſequere me oſten
dit̄ cōmunio q₃ ſancta ſcriptura vocat ſa
cerdotem angelum Malache. ij. labia ſa
cerdotis cuſtodiūt ſciētiā ⁊ legem requi
runt de ore eius q₃ angelus dn̄i exercitu-
um deus eſt Malach. ij. Notare hic q̄n
te ſanctitatꝭ debet eſſe. epyloga h̄ dicta ⁊
dic poſtq̄ꝫ habuiſti cognicōe₃ de peccatis
ꝯtricōe₃ ⁊ ꝓpoſitū nō redeundi ⁊c̄. ſequa
ris angelū ⁊ ꝯmunica ideo xp̄s dic̄. Qui
manducat meā carnem ⁊ bibit meū ſāg-
uinem habet̄ vitam eternam ⁊c̄. Iohis.
vj. Tunc peccator poteſt dicere dn̄s eri-
puit me de manu herodis. i. peccato

¶ De ſancto lauentio Martire.

# Habetis fructū

veſtꝝ in ſanctificacōne₃ ad Ro.
vj. originaliter Recitatiue i epiſtola cur
rentis feſtiuitatis ſicut totū feſtum ⁊ ſo-
lēnitas hodierna eſt beati laurētij militꝭ
xp̄i. Ita ⁊ erit ſermo noſter maxime quia
de eius vita gl'oſa ⁊ morte ⁊ paſſione do
loroſa poterim⁹ recipere bonas doctrinas
⁊c̄. Saluteť prius virgo maria. Pro de
claracōne h⁹ verbi ⁊ introductōne mate
rie predicā de ſciendū ꝙ in ſacra ſcriptura
bona opera virtuoſa ⁊ meritoria que hō
facit in hac vita dicuntur fructus vite hu
mane ratio eſt. Na₃ principale vltimum
⁊ finale ꝙ hō expectat de arbore eſt fruc-
tus. Nam ſi in ortu ſuo habet quiſq₃ pul-
chram arborem nō erit ꝯtentus de radici
bus vel de ramis floribꝫ vel de folijs ſ₃ de
fructibꝫ quia eſt illud ꝙ ſperatur Itē ē
de dn̄o ihū xp̄o qui habet ortum pulch-
errimum ſc₃ eccleſiā militātem clauſam
preceptis ⁊ conſilijs plenam arboribꝫ et
quilibet xp̄ian⁹ eſt vna arbor. vn̄ dicitur
marc. viij. Video homīes velut arbores
ambulantes ⁊ plantaŧ in die baptiſmi ⁊
rigatur aqua baptiſmi de iſtis arboribus
principaliter vult deus fructū dulcē. Iō
dicit eccleſia dn̄e ihū criſte veniat dilec⁹
meus in ortū ſuū vt ꝯmedat fructus po-
moꝝ ſuoꝝ Cantico. v. Non eni̅ ꝯtentaŧ
xp̄s ꝙ mittamus radices magnas in trā
ſc₃ parentes amicos ⁊c̄ De talibꝫ eni̅ di
citur q̄ habent magnā gloria₃ vulgariter
ille habet magnas radices nec etiam con
tentatur xp̄s de trunco ſiue de ramo forti
⁊ groſſo que eſt perſona iuuenis pulchra
⁊ fortis nec de ramis ſc₃ poſſeſſionum vi
neaꝝ villaꝝ ⁊ caſtroꝝ nec ꝯtentaŧ de flo
ribꝫ. i. de bona fama honoribus nec de fo-
lijs ſc₃ bonis verbis ſc₃ ratiocinando ad-
uocando iudicando predicando diſput an
do. Nec ꝯtentatur de vmbra prelacionū
dignitatū dominij officioꝝ ſub cuius vm
bra multi ſe ponunt. Sed vult fructus
dulces ⁊ ſapidos bonoꝝ opeꝝ intm̄ ꝙ ſi
aliqua pſona haberet omnia predicta ſc₃
radices ⁊c̄. ⁊ nō haberet fructū bonoru₃
opeꝝ talis eſſet in ira dei. Ecce quid dicit
xp̄s omnis arbor que nō facit fructū bo-
nū excideŧ ⁊ i ignē mitteŧ Mat. iij. ⁊. vij
capitulo patet ergo rōne ꝙ bona opa in
hac vita p nos facta dicunŧ fruct⁹ de hoc
auctoritas xp̄i d. Ego elegi vos vt eatꝭ
⁊ fructū afferatis ⁊ fruct⁹ veſter mane-
at Iohs. xv. Ego elegi vos ſic̄ hō elegit
arbore₃ de nemore ⁊ plantat in ſuo orto.
Ita deus elegit xp̄ianos de nemore infid
lium ⁊ plantauit i orto eccleſie. Nota vt
eatis ſc₃ de virtute in virtutem ꝑficiendo
Cum ḡ beat⁹ laurentius in vita ſua ha-
bundauerit in fructibꝫ bonoꝝ opeꝝ ⁊ p-
ſeuerauerit vſq₃ in finē poſſumus ſibi di-
cere thema beate laurentij habetis fructū
veſtrū in ſanctificacōm patet thema. mō i
uenio in btō laurentio ꝙ habuit tres fruc
tus ſanctificacionis bonoꝝ opeꝝ
Primus eſt de abſtinentia corporali
Scd̄s fruct⁹ eſt de miſcdia ꝓximali
Tercius fructus eſt de patia martiriali
¶ Et pro quolibet poſſumus dicere
thema modo propoſitum habetꝭ fructum

veſtꝝ ⁊c̄. Dico primo ꝙ beatus laurenti
us ſicut arbor bona in ortu ſancte eccl'ie
plantata fecit fructū de abſtinentia pſo-
nali. qꝛ ſemꝑ abſtinuit a vicijs ⁊ peccatis
a vanitatibꝫ mundi in tribus locis. Pri-
mo in ciuitate oſtha. Scd'o i ceſar augu
ſta. Tercio in roma De primo ſciendum
eſt ꝙ ipſe fuit de oſtha nat⁹ de magno ge
nere multum dilectus ⁊ licet i domibus
magnoꝝ fuiſſet nutritus tn̄ beatus laurē
tius abſtinuit a ludis pueroꝝ. qꝛ iam inci
piebat timere deū cauebat a mendacijs a
iuramentis ⁊ orabat deū cotidie. Dicat̃
h̄ modus ieiunādi. recte fuit cōpletum in
eo illud verbū ſalomonis puer eram inge
nioſus ⁊ ſortitus ſū aīam bonam Sap.
viij. Si enī videbat aliquē ſcurifeꝝ vici-
oſū in domo pr̄is ſui vitabat illū. qꝛ mag
nū ꝑiculū eſt pueris ſi in puericia dāt ſe
alicui peccato. qꝛ qn̄ ſunt magni vix poſ-
ſunt ſe ab illo cauere. Ideo legit̃ de alexā
dro magno ꝙ dum eſſet puer pr̄ eius cō
miſit ip̄m vni mgr̄o qui oſtendit ſibi aliq̄
magna vicia. Et qn̄ fuit magn⁹ volebat
abſtinere ⁊ nō poterat. Et diſplicebat ſi-
bi ꝓpter qd̓ occidit mgr̄m ſuum vocatum
leonidem ⁊ iuxta nomen ſuum dedit ip̄m
leoni viuū. Ideo multum debent cauere a
ſocietate malaꝝ pſonaꝝ. Ita fecit beat⁹
laurentius ⁊ videt̃ fuiſſe in eo cōpletum
verbum ſacre ſcripture. Bonum eſt viro
cum ꝑtauerit iugum dn̄i ab adoleſcentia
ſua Tre. iij. Nota iugū ſcꝫ bone inſtruc-
tionis. Secundo abſtinuit in ceſ. auguſta
qꝛ quādo habuit diſcretionē dimiſſa do
mo patris iuit ad ceſar auguſtam ad ſtu-
dendum. Modo iam ſatis ſtudentes q̄n
tas ſtulticias faciūt ⁊ diſſolucōnes Sed
beatus laurentius abſtinuit ab omnibus
confitebat̃ ſepe ⁊ ꝯmunicabat ⁊ ſtudēbat
plus in die q̄ꝫ alij i vna ebdomada doma
bat carnem ſuā ⁊ ſic ꝯſeruabat ſe in virgi
nitate in tm̄ ꝙ odor bone fame ſue redole
bat etiā vſqꝫ romā ⁊ fuit in eo verificatū
verbū ſacre ſcripture dicentis. Memen-
to creatoris tui in diebus iuuentutis tue
⁊c̄. Eccl'. xij. Tercio iuit romam. Et ecce
ſanctus ſixtus papa vadens ad celebran-
dum cōſilium toletanū fecit tranſitum ꝑ
ceſar auguſtam ⁊ audita fama beati lau-
rentij vocauit eum ⁊ ſcita ſua ſanctitate
duxit eum ſecum quē habuit ita carꝝ ⁊ di
lectū ꝙ papa nolebat miſſam celebrare ſi
ne eo. Item qn̄ papa cōmunicabat ꝑplm
Dicatur quomodo conſecrabat multas
hoſtias ⁊c̄. Tūc adhuc dabant etiam de
ſanguine xp̄i cōmunicantibus ⁊ commiſit
beato laurentio dn̄ici ſanguinis diſpenſa-
cōnem ſ; poſtmodum fuit ſtatutum ꝙ nō
daretur ſanguis populo ꝯmuni, ꝓpter peri
cula que poſſunt ſequi ⁊ ſcandala qꝛ etiā
iam in hoſtia conſecrata eſt ſanguis criſti
ex naturali ꝯcomitantia ⁊c̄ Deinde papa
fecit eum dyaconem cardinalem licet con
tradiceret ſed, ꝓpter obedientiam accepta
uit beatus ſteffanus ⁊ laurentius fuerūt
dyaconi cardinales ⁊ officium iſtud Nō
dum nominabatur iſto nomine cardina-
les ſ; non credatis ꝙ ex hoc ipſe mutaue-
rit ſtatum vel ſuum modū viuendi. Sed
vixit ſicut prius i cibo potu ⁊ veſtitu ⁊ ab
ſtinentijs. Ecce quomodo beatus lauren
tius fecit fructum de abſtinentia' pſonali
⁊ poſſum⁹ ſibi dicere thema habetis fruc
tum veſtrum ⁊c̄. Et concordat auctori-
tas pauli dicentis Hec eſt voluntas dei
ſanctificatio veſtra vt abſtineatis vos a
fornicacōne vt ſciat vnuſquiſqꝫ vas ſuū
poſſidere in ſanctificacōne ⁊ in honore; nō
in paſſione deſiderij. Sicut ⁊ gentes que
ignorant deum. j. ad Theſal. iiij. Scd'o
beat⁹ laurentius fecit fructum de miſcd'ia
ꝑſonali qꝛ ita erat miſericors qd̓ nichil
ſibi retinebat ſ; totū dabat pauperibꝫ xp̄i
Nā tūc tp̄is erat in roma imꝑator qui-
dam xp̄ianus nomīe philippus qui dicit̃
fuiſſe ꝯuerſus a beato laurentio Sꝫ poſt
fuit imꝑator quidam tyrān⁹ noīe decius
maxim⁹ perſecutor xp̄ianoꝝ qui ſciens ꝙ
ſu⁹ p̄deceſſor dederat eccleſie totum ſuū

theſauꝝ voluit repetere violenter dictuꝫ
theſauꝝ hoc ſciens beatus laurentius diſ/
tribuit totũ theſauꝝ ⁊ ꝑquirebat romaꝫ
que tũc erat maxima ⁊ vbi inueniebat cri/
ſtianos abſconditos metu imꝑatoris da
bat eis elemoſinã. Primo in aĩa eos cõ
fortando in fide. Scdo corpa eoꝝ reficiẽ
do de illo theſauro. Nota ex legenda ſua
quo curauit illam viduaꝫ que habebat in
domo ſua multos xp̃ianos abſconditos
⁊ dedit eis largas elemoſinas ⁊ conforta
uit eos ⁊ dixit ꝙ miles nõ poteſt melius
mori q̃m in iuſto bello ⁊ illumĩauit cecos
⁊ ſic diſtribuit totum theſauꝝ in pijs cau
ſis. Jdo cantat eccleſia laurentius bonũ
opus operatus eſt qui ꝑ ſignuum crucis
cecos illuminauit ⁊ theſauros eccleſie de/
dit pauperibꝫ. Ecce fructus beati lauren/
tij de miſcd̃ia ꝓximali. Moraliter beatꝰ
laurentius dedit in hoc exemplum diuiti/
bus ⁊ potentibꝫ qualiter ſe debẽnt hr̃e in
pecunijs nõ cogitauit beatus laurentiꝰ ꝙ
nõ poſſet illũ theſauꝝ retinere in pecunijs
ꝯtra imꝑatorem. Jdeo ꝑ manus paupe/
rum miſit in celum ꝓpter hoc dixit impera
tori theſauꝝ querenti facultates eccleſie
quas requiris manus pauperꝝ in celũ de
portauerũt videt̃ g̃ ꝙ manus pauperum
ſint menſe campſorum ⁊ dico ꝙ ſic ⁊ per
xp̃m ſũt aſſecurate ecce inſtrumentum ſe
curitatis ex ſcriptura da paupibꝫ ⁊ habe/
bis theſauꝝ ĩ celo Math. xix. Nichil po
teſt perdi. Modo audite oẽs ſamꝰ ꝙ nõ
poſſumus diu retinere nec poſſidere diui/
tias huius mundi qꝛ hodie vel cras opor
tet eas dimittere. Sed ſi vultis ne ꝑdã
tur detis in manus pauperꝝ Nunq̇d eſſet
magna ſtulticia diuiti periculoſũ paſſum
tranſire in quo omnes depredant̃ Si ſe/
cum vellet portare pecunias. Nunq̇d eẽt
melius dare in menſa cãpſoribꝫ ⁊c̃. Mor
ti ſũt in hac ſtulticia oĩs habemus tran/
ſire paſſum mortis periculoſũ vbi oĩes
depredant̃ Fures ſunt vxor ⁊ filij ⁊ ſcu/
tiferi. Nam qñ medicus dicit factum eſt

dicit vxor ꝑ virginem mariam ciſta cum
pecunia erit mea. Scutiferi ⁊ ꝑentes ra/
piunt ⁊ anima nuda vadit ad iudiciũ ad
q̃m dicit xp̃s ⁊ quõ venis ita ⁊ ſi. Reſpõ
dit dñe fui depredata tunc xp̃s dicet. q̃re
nõ dediſti pecuniã ad menſam ⁊ ego veni
ens cum vſuris. i. excreſcentijs vtiq̃ꝫ exe/
giſſem illam Luc. xix. Quõ ille ſe poterit
excuſare nullo mõ niſi dicat dñe fui ſtul/
tus. Et xp̃s dicet ideo vadas ad hoſpita
le ſtultoꝝ ⁊ remittit eũ ad infernum. Jdõ
recipiatis exemplum a beato laurentio et
habebitis theſauꝝ in celo. Jlle diligit pe/
cunias qui eas cuſtodit eternaliter ⁊ non
ille qui depredatur Benedictus eſt q̇ nõ
dimittit filio onus reſtitucõis ideo Jaco.
iij. Que de ſurſum eſt ſapĩa eſt bonis cõ/
ſentiens plena miſcd̃ia ⁊ fructibus bonis
¶ Tercio fecit fructum de patientia marti/
riali. Jnuenio ꝙ ſuſtinuit. x. tormenta ⁊ ĩ
omnibꝫ habuit patientiam Primum nã
videns imꝑator ꝙ nõ poterat habere the/
ſauros oppoſuit ſibi titulũ xp̃ianitatis ꝓpt̃
qđ fuit captꝰ ⁊ in tenebroſo ⁊ fetido car/
cere corpus detinebat̃. Sed anima ꝯtem
plabatur tranſiens ꝑ choros angelorũ et
ſic conſolabat̃ ibi ⁊ poteſt dici de eo qm̃ ĩ
hac peregrinacõne ſolo corpore cõſtiturꝰ
cogitacõne ⁊ auiditate in illa eterna pr̃ia
conuerſatus eſt Scdm tormentum fuit
nam poſtq̃ꝫ multis diebꝫ fuit in carcere ſi
ne cibo ⁊ potu cogitauit decius ꝙ eſſet de
bilitatus ⁊ fecit ip̃m venire corã ſe d. vel
habes dijs ſacrificare vel mori. ⁊ ait lau/
rentius. O ſtulte ⁊ quõ dicis ꝙ dimittã
deum ⁊ adorã ydola. Jndig̃tus deciꝰ fe/
cit eum percuttere fortiter cum baculis ⁊
in quolibet ictu dicebat iheſus ⁊ ſic patiẽ
ter ſuſtinuit Tercium tormẽtum fuit qꝛ
poſitus in acculeo ⁊ ſcorpionibꝫ ceſus di
cendo abnega xp̃m Reſpõdit infelix has
epulas ego ſemper optaui Quartum tor
mẽtum fuit de laminis ferreis ignitis eiꝰ
lateribꝫ appoſitis qui cũ ſentiret maximũ
dolorem dixit Jgne me examinaſti ⁊ nõ

eſt inuenta in me iniq̃tas ¶ Quintū tor
mentū fuit qꝛ decius iuſſit plūbatis du
riſſime cedi ⁊ miraculū eſt qꝛ tantū viue
bat. Iſtud tormentū fuit aſperū intātū
ꝙ clamauit beat⁹ Laurētius dicēs. Dn̄e
accipe ſpiritū meū in īſtanti vox venit ip
ſo decio audiente di. adhuc multa certa
mina tibi debent̄. ¶ Sextū fuit cū pecti
nijs ferreis ⁊c̃. Tunc affuit angel⁹ dei cū
lintheo tergens ei⁹ vulnera ⁊ tunc miles
quidā roman⁹ noīe credidit in xp̄m. Et
clamauit ad beatū Laurenciū dicēs. Ui
deo ante te iuuenē pulcherrimū ſtantem
⁊ lintheo tergentē vulnera tua ⁊ baptiza
tus fuit a beato Laurēcio. ¶ Septimū
tormentū qꝛ ne ſic moreret̄ fuit poſitus
in alio carcere ſine cibo ⁊ potu ⁊ cōſolacio
ne aliq̄ ſ̄ poterat ipſe dicere cū apoſtolo.
Noſtra cōuerſacio in celis ē ¶ Octauū
tormentū fuit de craticula. qꝛ decius fe
cit eū venire corā ſe ⁊ ait ſacrifica dijs ſin
autē vox iſta in tuis expendet̄ ſupplicijs.
Cūqꝫ nollet miniſtri exutū ſup̱ cratem
ferreā poſuerūt ⁊ extenderūt p̱unis ſup
poſitis cogitate tormentū. ¶ Nonū fuit
de furcꝫ ferreis quibꝰ eū cōmp̄ſſerunt vt
diucius aſſaret̄ ipſe autē letiſſimo vultu
reſpexit ad īp̄eratorē dicēs. Ecce miſer
aſſaſti vnā partē gira aliā ⁊ manduca qꝛ
iam video ꝙ diu deſideraui. ¶ Decimū
fuit de ſale in igne poſito ⁊ tūc orauit bea
tus Laurēcius dicens. Gracias ago tibi
dn̄e quia cū paciencia dediſti mihi victo
riam ⁊ tradidit ſpiritum. Et ecce q̄modo
fact⁹ eſt modo glorioſus ⁊ fecit fructum
de paciencia martiriali ⁊ poteſt de eo veri
ficari, ꝓphecia in p̄s. cxxxi. Inimicos eius
ſcilicet deciū ⁊ miniſtros eius induā con
fuſione ſup̱ ipſum autē efflorebit ſancti
ficatio mea, ꝓpter fructū martirialis paci
entie ergo beate Laurenti habētis fructū
veſtrū in ſanctificationē.

## De beato Dominico. Sermo

Uos eſtis ſal ter
re. Mathei. v. originalit̄ ⁊ in eu
uangelio hodierno recitatiue ſcribit̄ verbū
iſtud. Sicut totū officiū ⁊ ſolēpnitas p̄
ſentis diei eſt glorioſiſſimi patris noſtri
cōfeſſoris beati dominici. Ita ⁊ ſermo nr̄
Si placet deo habebim⁹ multas bonas
doctrinas ⁊c̃. Sed p̄us ſalutet̄ virgo ma
ria ⁊c̃. Pro aliq̄ declaracōne hui⁹ verbi ⁊
introductione materie p̄dicande Sciē
dū ꝙ oēs creature corp̱ales viſibiles q̄
ſunt in hoc mūdo oēs habet vnū officiū
in generali ſcꝫ rep̄ſentaē ⁊ ſignificare res
ſp̄ūales ⁊ inuiſibiles Et iſta eſt vna rō de
p̄ncipalioribꝰ quare deus creauit mundū
quia ad rep̄ſentandū res īuiſibiles ⁊ ſpi
rituales. Rō eſt quia q̄diu viuim⁹ ⁊ ſu
mus mortales in hac vita nō poſſumus
videre res ſp̄ūales niſi p̱ figuras ⁊ rep̄
ſentaciones ſimiles defectus huius eſt ex
parte carnis q̄ impedit quia nō poteſt vi
dere niſi corporalia ſicut ille q̄ corā ocul̄
teneret berillos virides vel rubeas q̄cq̄d
videret eſſet viride vel rubeū defect⁹ non
eſt ex p̱te oculoꝝ ſ̄ de vitris ſiue berillis
neſciētes rep̄ſentare niſi ſub colore ſuo.
Ita eſt de nob̄ Oculi aīe habent corpus
ſicut berillus. Ideo nō poſſunt videre niſi
corporalia ſ̄ dimiſſis berillis ſcꝫ carnes
ſtatim vident ſp̄ūalia angelos aīas Ecce
defect⁹. vnde ē ꝙ in hac vita nō videm⁹
res ſp̄ūales. Et iſta eſt cōmunis doctri
na in ph̄ia in. iij. de aīa ⁊ in theologia. Di
cit enī ph̄s impoſſibile eſt nos īteligere
niſi p̱ fantaſmata. i. ſimilitudines In theo
logia etiā dt̄ dyoniſi⁹. Impoſſibile ē no
bis aliter lucere diuinū lumē niſi velami
ne figuraꝝ fuerit circūuelatū, ꝓpter hoc ſci
ens deus ꝙ ſp̄ūalia a nob̄ in hoc mundo
nō poſſunt videri creauit mundū in q̄ que
libet creatura q̄tūcunqꝫ minima rep̄ſen
tat ⁊ figurat ſp̄ūalia. vbi grā null⁹ veſtꝝ
vidit vnq̄ꝫ in hoc mūdo xp̄m nec v̄ginē
mariā nec aliquē apoſtoloꝝ. Iō ſubtilis

pictoꝛ pingit ymagines nõ ad oꝛandum
ſed ad repñſentandũ xp̄m v̄ginē mariā ⁊
alios ſcõs. Ideo deus ſubtiliſſim⁹ depin
git iſtũ mundũ tanq̄ȝ rotabulũ plenum
ymaginib⁹ ad rep̄ſentandũ. Idõ dr̄ apo/
ſtolus Inuiſibilia dei a creatura mũdi ꝑ
ea q̄ facta ſunt ītellecta conſpiciunt̄ cuius
quoq̄ȝ v̄tus ⁊ diuinitas ita vt ſint inexcu/
ſabiles. Ad roma. p̄mo. patet ergo doc/
trina iſta ꝑ rõnē ⁊ auctoꝛitatē ꝙ oēs cre
ature coꝛpoꝛales habēt idē officiũ gene/
rale. Idõ illa īuiſibilis ⁊ ſpũalis ꝑfectio
apoſtoloꝝ ⁊ illoꝝ tenenciũ vitā apoſto/
licā voluit vt per vnā creaturā coꝛpoꝛa/
lem figuraret̄ ſcȝ per ſalē. Idõ dixit xp̄s
apoſtolis ⁊ vitam apoſtolicā tenentib⁹ ⁊
ſingularit̄ beato dñico patri nr̄o vos eſtꝭ
ſal terre. Modo patet thē. Et ego ſum
in materia p̄dicāda quā volo vobis p̄di
care. Notaui ego tres ꝓprietates ī ſale ꝑ
q̄s ſignificat mihi apoſtolos ⁊ ſingularit̄
beatũ dominicũ patrē noſtꝝ.
Primo ſal emundat de īfectione
Scdõ ſal p̄ſeruat de coꝛrupcõne
Tercio delectat ī refectione
¶ Ex iſtis trib⁹ condicionib⁹ ſal rep̄ſen/
tat beatũ dominicũ. Idõ ſibi ſingulariter
dr̄ vos eſtꝭ ſal terre. ¶ Dico p̄mo ꝙ ſal
emundat de īfectione. De hoc. iiij. Regũ
ij. dicit textus ꝙ ille ſcũs ꝓphta ⁊ amic⁹
dei Helyſeus venit ad ciuitatē Iericho ⁊
ꝓceres ⁊ rectoꝛes ciuitatꝭ venerũt ad eũ
dicentes ſibi ꝙ illa ciuitas erat nobilis ⁊
pulchꝛa habēs bonũ territoꝛiũ ſꝫ habet de
fectũ quia aque ſunt īfecte ⁊ faciũt terrā
ſterileȝ ⁊ inflant ꝑſonas q̄ bibunt de illa
aqua. Idõ pꝫ vos q̄ eſtis ita ſcũs ⁊ ami
cus dei poſſetꝭ in hoc ꝓuidere ⁊ dare re/
medium. Reſpondit ꝓphta placet mihi.
Afferte mihi vas nouũ. Cũq̄ȝ attuliſſēt
vas dixit modo habeā ſal qd̄ cuȝ attuliſ/
ſent ſparſit ſuꝑ aquas hoc facto dixit hec
dicit dñs deus. Sanaui has aquas. Sa
nate ſunt ergo aq̄ in diē hanc iuxta verbũ
helyſei qd̄ locutus eſt q̄rto Regl. ij. Hic
ſunt q̄tuoꝛ ſecreta declaranda ¶ P̄rio q̄
eſt ciuitas Iericho. ¶ Scdõ q̄ ſunt iſte
aque infecte. ¶ Tercio q̄d eſt vas nouũ
¶ Quarto q̄d ſal ſanās ⁊ purificās aq̄s
Ciuitas Iericho ſignat eccleſiā. Iericho
ſm̄ hebꝛaicā interp̄tacionē interp̄tat̄ lu/
na. Ecce xp̄ianitas vniuerſalis .ſ. eccleſia
q̄ recte fecit curſũ lune. Nā in luna īuenio
ſeptē differēcias ſeu ſtat⁹. Primo ē no
ua. Secũdo eſt creſcens. Tercio plena.
Quarto minuēs. Quinto ē gyrās. Sex
to eſt eccliſpſans. Septimo erit perfecta.
Idē de eccleſia. ¶ P̄rio fuit vt luna no
ua tꝑe apoſtoloꝝ qꝛ tunc p̄mo apparuit
xp̄ianitas ⁊ ſtricta ⁊ tunc ſimpliciт̄ ibant
xp̄iani nõ habebāt tot ſuꝑbias nec vani/
tates in p̄latis ſicut modo. ¶ Scdõ poſt
fuit creſcens tꝑe martiꝝ. qꝛ ex miraculis
q̄ fiebāt tunc multi ꝯuertebant̄ ⁊ ſic eccle
ſia augmētabat̄ ¶ Tercio fuit plena tꝑe
ſanctoꝝ doctoꝝ quia ex eoꝝ p̄dicacioni/
bus ⁊ doctrinis ⁊ exēplis ſcitatꝭ totũ mũ
dũ illuminauerīt qꝛ tꝑe Auguſtini tota
affrica erat xp̄ianoꝝ. ¶ Quarto fuit mi
nuens ſcȝ tꝑe q̄ religiones p̄dicatoꝝ ⁊
minoꝝ inceperũt qꝛ tunc ꝓpter pctā cito
⁊ ſubito periſſent Idõ ad coꝛrigendum
illa pctā venerũt iſte religiones ¶ Quin
to modo eſt gyrans qñ luna gyrat̄ non
videt̄ ꝑ duos vel tres dies. Ita mõ q̄ſi
nulla obediēcia exhibet̄ pape dicētib⁹ q̄/
buſdā ꝙ papa ſit ſuꝑ ꝯſiliũ aliq̄ ecõuerſo
¶ Sexto eccliſpſabit̄ ⁊ hoc tꝑe antixp̄i q̄
tunc q̄ſi moꝛtua apparebit. Sicut dicunt
ſimplices quādo luna ecliſpſat̄ dicunt ꝙ
moꝛit̄ ⁊ tota apparet ſanguinea talis erit
tēpoꝛe antixp̄i ꝓpter ſanguinis xp̄ianoꝝ
effuſionē. ¶ Septimo poſt moꝛtē anti/
xp̄i erit ꝑfecta quia tunc oēs ad fidē xp̄i
reuertent̄. Ecce curſus ecc̄ie. Ideo eccīa
ſignificat̄ ꝑ Iericho .i. lunā Et de vltimo
ſtatu dr̄ dauid. Hic luna ꝑfecta in etnũ
⁊ teſtis in celo fidelis in p̄s. Miſericoꝛ
dias dñi. ¶ Scdõ videndũ eſt q̄ ſunt
aque infecte huius ciuitatis. Iſte aque

ſunt vicia peccata ⁊ mali modi viuendi
xpianoꝝ quia ante aduentum beati dñici
oēs gentes erāt infecte. Fides obliuiſce
batur ꝟtutes erāt iā faſtidiū de ħ Apo-
calipſ. viij. Multi hoīes mortui ſunt de
aq̄s quia amare facte ſunt ħ dixit helyſe⁹
habeat̄ vas nouū. Ecce ordo p̄dicatoꝝ
dr̄ vas q̄ cōtinet plures frēs dr̄ nouum
⁊ vetus plus q̄m oēs. Si volum⁹ loqui
q̄tum ad vota eſſencialia q̄ ſunt ſcꝫ caſti
tas angelicalis paup̄tas apoſtolicalis ſi-
ue euuāgelicalis ⁊ obediēcia generalis.
Et q̄tū ad officiū p̄dicacōnis qđ eſt ꝑ
mundū diſcurrere nō cameras edificare.
Iſta eſt religio beati dñici q̄tū ad eſſen
cialia totū hoc iā xp̄s ordinauit. Prim⁹
p̄or fuit xp̄s quia dr̄ ſcūs thomas in ſcđa
ſcđe. q. lxxxviij. ar. iiij. ad tercium ꝙ apoſto-
li relinq̄ntes oīa ꝓpter xp̄m vouerūt ꝑti-
nencia ad ꝑfectionis ſtatū ex q̄ elicitur ꝙ
iſta vouerūt ſcꝫ caſtitatē paupertatem ⁊
obedientiā xp̄o. Itē de officio p̄dicacōis
p̄cepit eis dicēs. Euntes in mundū vni
uerſum p̄dicate euuangelium oī creature
Marci. vltio. Ecce hic religio xp̄i. Iſta
met eſt beati dñici habem⁹ ſup nos ⁊ te-
neam⁹ tria vota ſcꝫ caſtitatē angelicalē
paupertatē euuāgelicalē obediēciā gene
ralem alias caueat ſibi quilibet de ordinē
iſto. Itē ire ad p̄dicandū nō ponere ſe in
vno loco. Ideo dicit hiſtoria beati dñici
Cogitauit iſtituere ordinē q̄ fratrū pre-
dicatoꝝ ⁊c̄. diceret̄ ⁊c̄. Ecce ergo q̄mo-
do eſt religio antiq̄. Et bonus religioſus
iſta ſeruās in iudicio generali qn̄ reges ⁊
magni p̄lati ſtabunt in terra cū alijs ipſe
ſtabit cū apoſtolis alte cū iudice ſcꝫ cum
xp̄o. O q̄lis honor erit iſte. Hic reſpon-
detur vni q̄ſtioni litigioſe q̄ ē inter cleri-
cos ⁊ religioſos. Dicunt clerici ꝙ ipſi fue
runt anteq̄ꝫ religioſi qđ nō eſt nā nō fue-
runt clerici vſq̄ꝫ in diē cene ⁊ tamē p̄us
fuerūt religioſi ſcꝫ apoſtoli q̄ p̄dicta vo-
uerunt ħ religio beati dñici dr̄ vas nouū
quantū ad cerimonias vt ſcꝫ portemus
cappā nigrā ⁊ ſcapulare albuꝫ ⁊c̄. Itē ꝙ
comedam⁹ in refectorio ⁊ ſimilia quātū
ad iſtas cerimonias eſt vas nouū de iſto
vaſe poſſum⁹ dicere ꝙ xp̄s dixit de pau-
lo q̄ fuit p̄mus ī officio p̄dicacōis p̄mus
.i. p̄ncipalis ⁊ vlteri⁹ quātū ad vocacio-
nē ad apoſtolatū vas electōnis eſt michi
iſte ſcꝫ ordo p̄dicatoꝝ vt portet nomen
meū corā gentibꝫ ⁊ regibus. Actuū. ix.

¶ Quarto videndū eſt q̄d eſt ſal in vaſe
Ecce ħ beat⁹ dominic⁹ in vaſe ordinis ⁊
ex p̄ma ꝓprietate q̄ ſal emundat de infe-
ctione. Sic beatus dñicus poſitus ī vaſe
nouo emundat infectōnes peccatoꝝ hui⁹
mundi. Nā totus mūdus erat infect⁹ de
magna inmūdicia adinuicē ħ venit beat⁹ do-
minicus p̄dicans caritatē dei ⁊ ꝓximi ⁊
hoc figurauit de⁹ Nā mater eius vidit in
ſompnis ſe geſtare catulū accenſuꝫ in ore
faculā baiulantē q̄ egreſſus ex vtero to-
tū mundū incendere videbat̄. De q̄ mat̄
admirās illuminata fuit a deo dicens ꝙ
filius ſuus eſſet canis magn⁹ de ouili xp̄i
q̄ latraret ꝯ lupos inferni ignis in ore ei⁹
q̄ debuit mundū inflāmare ī amore dei
⁊ ꝓximi. Itē ab infectōne luxurie q̄ an̄
aduentū beati dñici tanta erat īfectio hu
ius peccati ꝙ q̄ſi nullus erat mūdus ħ ve
nit beatus dñicus p̄dicando caſtitateꝫ ⁊
puritatē ad q̄s gentes habuerūt deuocio
nem Hoc nā ante figurauit de⁹ quia m̄ri
ſp̄uali viſus ⁊ beat⁹ dñicus puer q̄ſi ſtel
lam habens in fronte q̄ totā terrā ſuo lu
mine ꝑluſtrabat q̄ ſtupefacta matri eius
cum ingenti gaudio qđ viderat nūciauit.
In q̄ innuit̄ ꝙ ſicut ſtella ē pura ⁊ clara.
Sic ipſe debebat inducere gentes ad cla
ritatē ⁊ puritatē caſtitatꝭ. Itē tot⁹ mun
dus erat infect⁹ ſuperbia pompa ⁊ vani-
tate. Sed ad p̄dicacionē ⁊ doctrinam ⁊
exemplū beati dominici multe ꝑſone hu-
miliabant̄ dimittēdo vanitates ornamē
toꝝ ſcutiferoꝝ equoꝝ vaſorum auri ⁊ ar
genti ⁊ ſimilia hoc cū oſtendit deus quia
cū eſſet delicate nutrit⁹ puer forte vnius

anni dec̄ pl̄ renſus eſt frequent̄ relicto lecto
ſuper terrā accūbere oſtēdens humilitatē
Itē mūdꝰ erat infectꝰ de gula. Iam vix
q̄dragesima cognoſcebat̄ nec ieiunia qua
tuor tēpoꝝ nec vigilia ſanctoꝝ. Sed bea
tus dn̄icꝰ emūdauit ab iſta īfectione qd̄
oſtendit qn̄ ipſe decēnio abſtinuit a vino
ieiunabat ſepe ī pane ⁊ aqua. Itē erat in
fectus de auaricia de vſuris furtꝪ rapinis
decepcionibꝫ. Sed beatꝰ dn̄icus p̄dican
do ⁊ per exemplū emundauit hoc ſignifi
cauit opere dū eſſet in valēcia vbi erat fa
mes magna ⁊ pauperes moriebāt̄ fame
diuites dicebāt cuſtodiamꝰ bona noſtra
ꝓ nobis ⁊ filijs noſtrꝪ q2 iſtud neſcimus
q̄tū durabit. Sed beatus dn̄icus vendi
dit libros ⁊ ſupellectilia ⁊c̄. ⁊ oīa dedit
pauperibꝫ ꝓpter qd̄ diuites ꝓuocauit eiꝰ
exemplo fecerūt elemoſinas. Itē de pec
cato ire q2 gētes nolebant dimittere ſeu
remittere īiurias ſꝫ deſiderabāt vindictā
ſꝫ venit beatꝰ dn̄icus p̄dicans pacientiā ⁊
faciebant pacez hoc oſtendit opere q2 qn̄
predicabat in quadā hiſtoria vbi erāt multi
heretici ⁊ faciebant ſibi multa vituperia
lutum ⁊ alia proiciebant in eum ⁊ ſuſti
nebat pacient̄. Itē mūdus erat ocioſus
in bonis ſpūalibus nullus curabat facere
penitenciā. Sed beatꝰ dn̄icus eā oſtēdit
verbo ⁊ exēplo quia ter in die diſciplina
bat ſe cū cathena ferrea. patet ꝙ beatus
dn̄icus vt ſal poſitū in vaſe nouo ſanauit
⁊ emūdauit aq̄s peccatoꝝ. Ideo de bea
to dn̄ico poteſt intelligi verbū Auguſtini
in omelia aquis peccatoꝝ quoꝝ condien
dis extinguēdiſq3 fetoribꝫ apoſtolicū ſa
lem dn̄s miſit. ¶ Dico ꝙ ſcd̄a cōdicio ſa
lis eſt ꝙ p̄ſeruat de corrupcione nō tātū
corrupcionē factā curat ⁊ emūdat immo
etiā p̄ſeruat. hoc patz quia qn̄ homo vult
p̄ſeruare carnes vel piſces ponit homo in
eis ſal qd̄ reſtringit humiditates ⁊c̄. hoc
licet ſit claꝝ tn̄ auctoritas d̄ thobia Qui
cepit vnū piſcē de quo comederūt partē
cetera ſalierūt q̄ ſufficerēt eis in via quo
uſq3 ꝑuenerūt in rages ciuitate medoꝝ.
Thobie. vi. Ita de beato dn̄ico. Nā in
uenio ꝙ iſte mūdus debuit corrūpi ⁊ fi
niri bene ſunt ducēti anni ⁊ vltra elapſi.
Sed v̄go maria volens mundū adhuc
p̄ſeruare poſuit ſalem ſcz beatū dominicū
⁊ ſaluauit mundū. Nā legit̄ in floribus
ſanctoꝝ in vita beati dn̄ici etiā in duobꝰ
locis viſionem q̄m vidit beatꝰ dominicꝰ ⁊
beatꝰ franciſcꝰ ⁊ alij quādo erāt in roma
laborātes ꝓ cōfirmacione ordinū ſuoꝝ
de quo papa ⁊ cardinales reddebant ſe
difficiles de re tā noua q2 petebant cōfir
macionem ſtatus plus alte ⁊ plus baſſe.
Alte ꝓpter vitā contēplatiuā in ſtudio
⁊ actiuā Nā opera ſpūalia exercendo ce
lebrando p̄dicando vbi faciant̄ famelici
verbo dei ignorātes in fide inſtruunt̄ ⁊c̄
Et mortui. i. peccatores ſepeliunt̄ in vul
neribus xp̄i. Itē captiui dyaboli redimū
tur. Exercitat̄ milicia q2 demones vincū
tur. Q̄ q̄t caſtra. i. peccatores ex p̄dicacio
ne ſubiciunt̄ xp̄o. Scd̄o tā baſſe quia de
ſpectū nimis quia mendicātes ideo papa
nolebat cōfirmare q2 non erāt redditua
ti. Cumq3 vna nocte beatꝰ dn̄icus eſſet in
quadā eccleſia orans ⁊ beatꝰ franciſcꝰ in
alia viſus ē eis xp̄s cū tribus lanceis vo
lens mundū deſtruere. Cum autē iſti ſci
dicerent infra ſe. O ſi nullꝰ ſcūs erit in ce
lo q̄ reuocet iſtā irā. Et ſubito venit v̄go
maria ſicut veniret mulier feſtina ad eri
piendū filiū a lupis deuorandū dicens.
O fili modo portarꝪ lanceas qui conſue
uiſtis portare claues in manibꝫ veſtris ꝓ
mundo. Reſpondit xp̄s audientibꝫ ſan
ctis dn̄ico ⁊ franciſco. Mater mea ⁊ am
plius quid debeo facere cū tot grās fece
rim mūdo miſi patriarchas ⁊ ꝓphetas ⁊
illos occiderunt ⁊ finalit̄ ego met ī ⁊c̄.
Dicat̄ hiſtoria vſq3 modo non parcam.
Iſte tres lancee mundi deſtructiue ſunt
tres magne tribulacōnes mundo in bre
ui venture. ¶ Prima eſt tribulacio ⁊ ꝑ
ſecutio antixp̄i lancea poteſt dici quia to

tum mūdū ꝑforabit ⁊c. ¶ Secūda erit
confragracio mūdi per ignē totus mun/
dus combureť ⁊c. ¶ Tercia eſt ſentencia
xp̄i iudicialis de hijs trib⁹ lanceis aucto/
ritas allegorice. ij. Regū. xviij. De abſo
lon filio dauid ꝓditore ⁊ rebelli ſ; inter/
fectus fuit tribus lanceis a Joab ꝑncipe
milicie. Dicať hiſtoria Tulit ergo Joab
tres lanceas in manu ſua ⁊ infixit eas in
corde abſolon. ij. Reg. xviij. Quare vo
luit deus vt trib⁹ lanceis abſolon occide/
retur cū vna fuiſſet ſufficiēs maxime ho/
mini ſuſpenſo; ⁊c. figura fuit. Nā fili⁹ ꝓ
ditor deo patri eſt tot⁹ mund⁹ iſte faciēs
contra dei mādata expellens patrē ſuum
ſcʒ deū de mundo quātum poteſt. Sed
ꝑnceps milicie ſcʒ xp̄s interficiet eos tri
bus ꝑdictis lanceis ⁊ iā tēpore beati do/
minici mūdus debebat a xp̄o deſtrui ⁊ cor
rumpi ſ; virgo maria poſuit ſal obtinens
vnam ꝓrogacionē. Cogitate modo hic
q̄modo totus mūdns in vna ꝓrogacio/
ne ⁊ non habem⁹ tēpus certū ſ; dixit cō
dicionaliť. Si conuertiť bene ſin autem
nō parcā āmodo. Modo contēplare ſi
mūdus ſit correctus in hijs regionibus.
Credo ꝙ nunꝙ̄ fuit tāta pompa nec va
nitas ⁊c. Sicut modo eſt nec tāta luxu/
ria niſi tēpore noe. Nā hoſpicia ſunt ple
na ⁊ ville etiā ſunt plene meretricib⁹ mi
ſce poma corrupta cū bonis in breui om
nia erunt corrupta. Item de auaricia ⁊
vſuris quia mutant noīa vſuras vocant
falſe cenſualia quia qn̄ intēcio nō ē emē/
di nec vendendi ſed mutuādi vſura eſt.
Itē nec preciū iuſtū quicq̄d recipitis vl
tra ſortē eſt vſura ⁊ dāpnacio. Item de
ſymonia in cleric. oīa ſac̄menta finaliter
habetl emere aliquo modo. Itē de inui/
dia ſi aliq̄s inter religioſos habet aliquā
excellentiā cōuerſandi vel de ſciā vel pre
dicandi alij inuident. Idē de cleric. ⁊ lay
cis de gula. Iā videtl quia nec q̄drageſi/
ma ſeruať nec vigilie apoſtoloꝝ nec qua
tuor temporꝝ ſeruanť ⁊c. De ira iā vide
tis imo qd̄ peius eſt contra deū ⁊ rōnem
Si aliq̄s facit aliquā iniuriā ⁊ nō poſſūt
habere illū interficiūt aliquē amicū illi⁹
innocentē contra ius diuinū cōtra iudi/
cium diuinū ⁊ humanū ꝙ innocēs occi/
datur de accidia. Nā ad hoc venit mūd⁹
⁊ omnes reputanť ocioſi niſi ſit negocia
tor ſ; ſi vacant aliqui ſeruicio dei ⁊ orōni
dicunť ocioſi ſ; in ſero apparebit q̄ fuerit
ocioſus ⁊ quia mūdus nō eſt correctus.
imo qd̄ deterius ē religiones q̄ erant da
te ad corrigendū mundū iam ſunt deſtru
cte. Unde ſi modo veniret beat⁹ dn̄icus
vel franciſcus nō inueniret ſuū ordinem
Cū ergo mūdus nō ſit correct⁹ quid ſeq̄
tur niſi qd̄ in breui corrūpeť ante venturꝫ
iudicij diē ⁊ ſic de alijs obiectionibus re/
ſponde ⁊c. Ecce ſal ſalicet beatus dn̄ic⁹
ꝓpter hoc laudem⁹ deū dicendo. Benedic
tus redemptor omniū qui ſaluti ꝓuidēs
hominū mūdo dedit ſanctū dominicū
¶ Dico tercio ꝙ alia cōdicio ſalis eſt quod
delectat in refectione dans eſcis ſaporem
licet ſit clarꝫ. Auctoritas ꝙ ſi ſal euanue
rit. i. defecerit in quo ſalieť ſcʒ cibus Ma
thei. v. ad nihilū valet vltra ſcʒ cibus niſi
vt mittať foras ⁊ conculceť ab hominib⁹
Cibus animarꝫ ſunt opera bona ⁊ ſpiri/
tualia auctoritas operamini nō cibū qui
perit ſ; qui ꝑmanet in vitā eternā Johā
nis. vi. Ido dixit xp̄s. Ego cibum habeo
māducare quē vos neſcitl. Johānis. iiij.
Cibus xp̄i de quo ipē ſaciatur ſunt opa
virtuoſa ſ; iſte cibus erat inſipidus ante
aduentū beati dn̄ici. Namꝫ dn̄i tēporales
dimiſſa ꝟtute iuſticie dabant ſe ad tyrā
nias ſ; venit beat⁹ dominic⁹ ponens ſal re
ducens eos ad virtutē iuſticie cōtenti de
ſuis redditib⁹ ⁊c. Idē de cibis ꝑlatorꝫ in
ſipidis quia pl⁹ curabāt de redditib⁹ q̄m
de animab⁹. Sed beat⁹ dominicus poſuit
ſtilū ſue doctrine q̄modo plus de anima/
bus q̄m de redditibus debebant curare.
ti. Ergo videte ne cōtēnatis. Dico tercō 3
ꝙ p ſcōs angelos ad verā pniam ſum⁹
ꝓuocati ponat᷑ ꝙ homo magis velit ī tē-
ptatiōe cōſentire dyabolo q̄ȝ angelo ſicut
multotiēs fit. Cogitate q̄lis verecūdia ē
angelo bono ac ſi vxor hn̄s pulchrū vi-
rum iuuenem ⁊ bonū ⁊ temptaret᷑ corā
viro ab ethiope nigro ⁊ turpi ⁊ vxor con
ſentiret ei dicendo viro vadatis qꝛ magl
volo iſtū qualis cōfuſio eſſet viro maior
reſpect⁹ fit angelo qn̄ homo cōſentit dya
bolo ⁊c̄ qꝛ nullus dn̄s nec etiā rex ē ali-
ud reſpectu eius. Nam chriſtus volens
laudare Johannem baptiſtam dixit Jn
ter natos mulierum non ſurrexit maior
Johanne baptiſta. verūtamen qui mi-
nor eſt in regno celoꝝ maior eſt illo Ec
ce qualis excellentia. Cogitate ergo quā
do ipſo reſpecto homo facit peccatum

dicit o quid faciā de iſto ribaldo ⁊ redit
ad celū dextū ex hoc ñ deſerit imo ē pa
tus benefacere ⁊c̄.ſed poſt pctm̄ cōmiſ-
ſū luxurie vīdicte vł alia redit q.d. vide
bo ſi potero eū inclinare ad pniam ⁊ loq̄
tur ymaginationi d.peccaſti. Jō cōfitere
laua aīam tuā ⁊ fac pniam de hoc figura
legiꝰ.iij. Re.xix.d helya ābulāte p viā de
ſertā beſtijs plenā ⁊ dormiuit ſub vm-
bra iunipi ⁊ angelꝰ dñi tetigit eū ⁊ di-
xit illi. Surge comede. Nota bñ textuꝫ
ibidē qꝛ pulcra ē hyſtoria. Nam helyas
dormiens in via piculoſa ē pctōꝛ pñs vi
ta nihil aliud ē q̄m via vnꝰ vadit ſcꝫ per
mortē ⁊ aliꝰ venit .ſ.p natiuitatē.i.ibi mo
riꝰ vnꝰ ſenex ⁊ illic naſciꝰ vnꝰ puer vbi
ſunt qui erāt mille anni ⁊c̄. Jam cōple-
uerūt viā ⁊ via ē piculoſa Et nūqd pi-
culoſum eſſet mare in quo de.v.nauibus
vix euaderet vna ⁊c̄. Et peccatoꝛ doꝛ-
mit nō cogitās offenſam factaꝫ deo nec
piculū in q̄ ē ſed ridendo cantando ⁊ ſal
tando vadit ad infernū ſed q̄d facit ange
lus excitat eū p compunctionē ⁊c̄. In-
ducens ad pniam cōtritionē cōfeſſioneꝫ
ſatiſfactionē in remiſſionē iniuriaꝝ vt de
us ei remittat ⁊c̄. Nota p̄mo tetigit an-
gelus helīā.i.pctōꝛē ſcꝫ p cōpunctionem
nō enī expectat infirmitatē.ſcdo cōmedit
helyas.i.pctōꝛ edere debꝫ ſcꝫ p euchari
ſtie cōionē.qꝛ ſicut cibus coꝛpalis con-
foꝛtat ad ambulandū in hac vita. Jta ci-
bus ſpūalis ⁊c̄. Tercio ambulauit p peni
tentie ⁊ ſatiſfactōis cōtritōem. Et i his
trib⁹ p̄ncipaliꝰ cōſiſtit pnīa ꝙ p angelum
ꝓuocemur ad pniam. Auctas ⁊ reuer-
ſus ē angelꝰ q̄ ſcꝫ receſſerat ꝓpter pctm̄
qui loquebaꝰ in me ⁊ ſuſcitauit me quaſi
virū q̄ ſuſcitaꝰ de ſomno ergo videte ne
etc̄. Dico quarto ꝙ p ſanctos angelos
in fide xp̄iana ſumꝰ informati fides enī
xp̄iana ē tante ſubtilitatis altitudinis ⁊ p
funditatis ꝙ intellectꝰ humanꝰ p ſe non
p̄t attingere ad intelligendū. Credentia
iudeoꝝ ⁊ phoꝝ p intellectū naturalem
p̄t oñdi incōicabiliꝰ ſcꝫ ꝙ ē vnꝰ deꝰ vnū
p̄mū principiū ⁊ p̄ma cā primꝰ motoꝛ
Sed ꝙ ille vnus deꝰ ſit pr̄ generās ⁊ fi
lius genitꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ ſpiratꝰ ut. Exē
plificaꝰ in ſole hoc nō p̄t ſciri in intellectu
naturali. Jtē ꝙ deꝰ ꝓuideat oīb⁹ crea-
turis ⁊ aīalib⁹ hoc intellectꝰ p̄t intellige-
re ſed ꝙ deꝰ ⁊ hō det ſe ad manducan-
dū in hoſtia cōſecrata non ſufficit intelle-
ctus nr̄. Jdeo requiriꝰ ꝙ a maioꝛi intelle
ctu iuueꝰ quēadmodū intellectꝰ nr̄ iuua-
tur ab angelis q̄ clare vident ſecretū tri-
nitatis. Jntellectus enī nr̄ ē vt lux par-
ue candele que nō ſufficit ad legendum
p̄mā lr̄am ſed qñ iuuaꝰ lumīe magni ce
rei videꝰ optime ⁊ legiꝰ lr̄a p̄ma ſcꝫ mi
ſterij trinitatis ⁊ alioꝝ articuloꝝ fidei
qñ lumīe intellectus noſtri iuuaꝰ magis
lūis intellectꝰ angelici. Sic fuit de virgi
ne maria q̄ lꝫ crederꝫ āgelo tñ dixit quō
fiet iſtud ⁊ intellectꝰ angelicꝰ intellectui
marie applicatus dicēs. Spūſſanctꝰ ſu-
peruenient inte ⁊c̄. Nota obumbrabit tibi
Alie mulieres concipiūt ad ardoꝛē ſolis
ſcꝫ carnalis cōcupiſcentie ſed virgo cōce-
pit ſine cōcupīa qꝛ ſicut granū formatur
infra auellanā ⁊c̄.⁊ virgo illūiata dixit.
Ecce ancilla dñi ⁊c̄. De iſta illuminatō
ne Auctoritas. Jn ip̄a nocte ſcꝫ cogni-
tionis noſtre obſcure. Ecce angelꝰ dñi
aſtitit ⁊c̄ ſcꝫ illuminando ⁊ lumīe reſul
ſit qñ hoc intelligit dicendo. O grates
deo mō intelligo Actu.xij. Jdeo videte
ne ⁊c̄. Dico.v. ꝙ p ſcōs ſimꝰ coꝛā deo
aduocati.q̄ ſūt nr̄i ꝓcuratoꝛes nā qñ aliq̄
magna q̄ſtio deducaꝰ coꝛā rege vel ī curia
regis ꝯ aliquē miſerabilē pſonā rex ꝓui-
det illi miſerabili pſone de notabili aduo-
cato. Jta facit xp̄s. Alte in curia xp̄i de-
duciꝰ litigiū ꝯ nos ⁊ xp̄s ꝓuidet dās no
bis aduocatos ⁊ ꝓcuratoꝛes ſcōs ange-
los ne coꝛonā regni pdamꝰ. Aduocāt
enī ⁊ ꝓcurant ꝓ nobis pn̄tando bona

que facim⁹ vt orōnes ieiunia ⁊ alias a-
ſperitates pniales q̄ multū placent deo.
Thobie.xij.qn̄ orabas cum lacrimis ⁊ ſe
peliebas ſmortuos ⁊ derelinquebas prā
diū. Ego obtuli orationē tuā dn̄o. Itē
aliter aduocāt ꝓ nobis qꝛ ſi ex nr̄is pec-
catis meremur punitionem dicūt dn̄o
xp̄o. E dn̄e ſpectet adhuc ⁊c̄ de hoc no
ta ꝑabolā xp̄i Luc.xij.ð cultore vinee lo
quēte ꝓ ficulnea vinea vel ortū xp̄i eſt
xp̄ianitas in qua plantatᷓ arbor ſeu ho-
mo in die baptiſmi ⁊c̄. In primo anno
ſcʒ puericie dominus querit fructum vt
ſciant ſe ſignare ⁊ dr̄ pr̄ nr̄.aue maria.et
credo in deū ſed non inuenit qꝛ vos ma-
le nutritis filios. In ſcd̄o anno a.xv.an-
no vſq̄ ad.xl.q̄ dr̄ annus iuuentutis que
rit dn̄s fructū bone vite ⁊ pnīe ſed nō in
uenit niſi folia vanitatis in ornamētis ⁊c̄
nō enī inuenit fructū bone vite ¶ In ter
cio anno ſcʒ ſenectutis nō inuenit niſi fo-
lia nō pn̄t facere pniam. Ieiunādo vel
etc̄. Et xp̄s tūc vocat ortulanū.i.angelū
cuſtodē dicēs ſcinde eā vt q̄d terrā oc-
cupat ⁊ mittatᷓ in igne. Ac ille rn̄dēs di-
cit dn̄e dimitte illā ⁊ hoc anno vſq̄ fo-
diā circa illā ⁊ mittā ſtercora fodit enī
qn̄ dat cōpunctōes ⁊ mittit ſtercora qn̄
reducit pctā ad memoriā. Rigat qn̄ ex
cōtritiōe funduntᷓ lacrime Ecce q̄lē aduo
catū habem⁹. Iō videte ne cōtempnatꝭ
etc̄. ¶ Sexta vtilitas ē qꝛ ꝑ eos ſumus
in celo feſtiuati ex amore quē hn̄t ad nos
faciūt feſtū de nobis qn̄ facim⁹ aliqđ bo
nū opus gaudent ⁊ tripudiant. Auctas
Luc.xv. Dico vobis gaudiū ē in celis ſu
per vno peccatore pniam agente. Nota
gaudiū ē in celis. Triplex ē grad⁹ bono-
rū. Prim⁹ grad⁹ ē bonoꝝ pnīe q̄ ꝓfici-
unt ꝑſone ꝑticulari vt ieiunare orare ⁊c̄
De iſto fit gaudiū in ordine angeloꝝ qꝛ
q̄ꝛtūcunq̄ fiat ſecrete angeli ſciunt ⁊ vi-
dent totū ⁊ dicūt adinuicē video illū q̄
ieiunat vel orat vel ſe diſciplinat ⁊c̄ et
gaudent om̄es ¶ Secūd⁹ grad⁹ bono-
rū q̄ nō ſolū ꝓficiūt ꝑſone ꝑticulari ſed
bono totius cōitatis ut qn̄ rectores cu-
rant magis de bono cōitatis q̄m de ꝓprio
de hoc fit feſtū in ordine archangeloꝛuʒ
qn̄ vidēt ꝙ corrigūt pctā notoria. ¶ Ter
cius grad⁹ bonoꝝ ē q̄ nō ſolū reſpiciunt
bona ꝑticularis cōitatis ſed totius regni
qn̄ reges ⁊ cōſiliarij faciūt ſanctas ⁊ iu-
ſtas ordinationes ⁊c̄ de hoc fit feſtū i or-
dine ꝑncipatuū. Ecce q̄re dicit gaudium
eſt angelis ⁊c̄. Nota de oppoſito Iſa.
xxxiij. Ecce vidētes ſcʒ pctā nr̄a clama-
mabūt foris angeli pacis amare flebunt
deteſtationē illā vocat fletus. ¶ Septi
ma vtilitas eſt ꝙ ꝑ ſanctos angelos ad
gl̄iam ſum⁹ portati dicatᷓ quō qn̄ ꝑſona
que tenuit bonā vitā moritᷓ exn̄te in arti
culo mortꝭ. Angel⁹ diuinit⁹ miſſ⁹ ꝑce-
dit exitū ꝓpᷓ demones aduenientes ⁊ aſcē
dentē cuſtodit intᷓ aereas ptātes ⁊ tan-
dem ſecure introducit i celū Exod.xxiij.
Ecce ego mittā angelū meū qui ꝑcedat
te ⁊ cuſtodiat in via ⁊c̄. Nota exemplū
Luc.xvi. Factū ē ut moreretᷓ medic⁹ et
portaretᷓ ab angelis in ſinū abrahe. Se-
cus ſi moritᷓ impenitens ptʒ ergo quō eſt
fiendū feſtū de eis. Iō videte ne ⁊c̄ Iō
do vob̄ vnū bonū cōſiliū. Credo ꝙ q̄li-
bet vr̄m hʒ aliquē ſcm̄ i deuocōe cui facit
oratōem ⁊ aliquotiēs curāt paꝫ de vo-
bis ꝓpᷓ pctā vr̄a ħ angelus cuſtos nūq̄
deſerit. Iō eēt bonū q̄libet mane ⁊ ſero
genibꝫ flexis dicere angele q̄ me⁹ es cu-
ſtos pietate ſupna. Me tibi cōmiſſū ſer-
ua.ſ.a malis inclinatōibꝫ defende.ſ.a cū
ctis impugnatōibꝫ guberna.ſ. in bonis o
perationibꝫ.ſed ſic eos feſtinando ⁊ oran-
do ipi cū dei adiutorio ꝓcurabūt bonū
nr̄m. Et habebim⁹ hic dei grām ⁊ i fu-
turo gloriam Amen.

¶ De beato Franciſco.

# Lucerna fulgo-

ris illuminabit te Luc. xi. Et
recitatũ ẽ ſtati i euãgelio ho
dierno. Sermo nr̃ erit de vita illi⁹ glo/
rioſiſſimi cõfeſſoris ꝛ amici dei bti fran/
ciſci ꝛ habebim⁹ de vita ſua bonas do/
ctrinas ꝛc̃ ſalutet̃ virgo maria ꝛc̃. Pro
breui declaracõe hui⁹ ꝟbi ꝛ veniẽdi ad
ꝓpoſitũ. Sciẽdũ ꝙ i ſcriptura Jta i veteri
teſtamẽ. ſic̃ i no. ſcĩ dei dicũt̃ lucerne. rõ
qꝛ ſicut in lucerna ſũt tria. cera fragilis q̃
liq̃ſcit ſtatĩ ad ignẽ. ſcd̃o ligmen album
tercio lux clara. Jta q̃libet pſona ſcã hꝫ
iſta tria corp⁹ fragile qd̃ igne deuotõnis
liq̃ſcit i lacrimis. Scd̃o mt⁹ hñt aĩam
albã clarã innocentẽ purificatã a malis
cogitationib⁹ q̃s expellũt nõ hñt odium
nec maliciã ꝯ ꝓximũ. Tercio hñt lucem
gr̃e dei ſine q̃ nõ eẽnt ſancti q̃ clarificat i/
tellectũ ad cognoſcẽdũ deũ ꝛ ſe in miſe/
riã h⁹ mũdi ad calefaciendũ i opib⁹ Ec
ce rõ q̃re pſõa ſcã dr̃ lucerna. auctas de⁹
ei pr̃ loq̃ns filio ſuo d̃ iohẽ baptiſta dixit
paui lucernã. ſ. Johẽm xp̃o meo. Etiã
xp̃s ſic vocauit eũ Joh. v. Jlle erat lu/
cerna ardẽs ꝛ illũians pꝫ ergo rõe ꝛ au/
ctoritate ꝙ ſcã pſona dr̃ lucerna. ꝛ i iſto
intellectu ꝑ poſui thema Lucerna fulgoꝛ
illumĩabit te. ꝛ loq̃tur cuilibet pſone reli
gioſo clerico vel layco deuoto d. Lucer/
na fulgoris ꝛc̃. Nota i ipõ. v. radios cla
ritatꝭ a q̃b⁹ poſſum⁹ illumiari ꝛ ſũt iſti. ſ.

- Pauptas apoſtolicalis.
- Aſperitas penitentialis.
- Humilitas cordialis
- Charitas diuinalis
- Firmitas perpetualis.

Dico ꝑmo ꝙ b. frãciſcus dedit huic mũ/
do radiũ pauptatꝭ aplĩce q̃ in h̃ conſiſtit
vt hõ oĩa relinquat vt i euãgelio diſci/
puli dixerũt. Ecce nos relinq̃m⁹ oĩa ꝛ ſe
cuti ſum⁹ te Mat. xix. Sꝫ diceres. ſi nõ
habebant omĩa qꝛ paupes erant quõ er
go relinq̃rũt oĩa. Nota relinq̃rũt omĩa
ſcꝫ habita ꝛ habẽda q̃ztũ ad deſiderium
habẽdi. Tu dimittis regnũ vl̃ ꝑlationẽ
q̃m forte nũq̃ꝫ habuiſſes qñ dimittꝭ de/
ſideriũ hñdi. Jdõ religioſ⁹ lꝫ nõ habuerit
vxorẽ nec filios tñ ꝓmiſit ꝑ xp̃o qꝛ po/
tuit hr̃e. Jdõ qꝛ petr⁹ ꝛ alij apli dimiſerũt
oĩa hĩta ꝛ deſideriũ ꝛc̃. Jdõ dicit Ecce
nos relinq̃m⁹ ꝛc̃. Modo audite quõ be
at⁹ frãciſcus reliquit oĩa. Dicat̃ quõ qñ
erat iuuenis erat mercatoꝛ ꝛ ſubtilis ꝛ qñ
fuit q̃ſi. xx. annoꝝ dũ ſic negociaret intra
uit quãdã ecc̃iaꝫ h̃ bonũ hẽbat. Jdeo ꝑ
nullo negocio dꝫ dimittere aliquã orõ/
nẽ qꝛ de ꝓfundo abyſſi extrahit pctõrẽ.
Jdõ ait dauid. Bñdict⁹ de⁹ q̃ nõ amoue
rit orõnẽ meã ꝛc̃ ps. lxv. glo. Auguſti.
Nũq̃ꝫ amoueat̃ a te orõ tua ꝛ nũq̃ꝫ a/
mouebit̃ a te mĩa diuia ergo ad bonũ fi/
nẽ pducet te. ꝓpt̃ h̃ b. frãciſc⁹ oꝛabat cũ
crucifix⁹ corã q̃ oꝛabat locut⁹ fuit d. Ec
cleſia mea cadit repara eã. Cogitate q̃lẽ
tiorẽ debuit hr̃e. ꝛ ĩtelligẽs ꝙ loq̃ret̃ de
illa ecc̃ia ꝟtit ſe ꝛ vidit ꝙ minabat̃ ruinã
et vẽdidit oĩa q̃ hẽbat ꝛ poꝛtauit pecu/
nias curato ut eã repararet. Et xp̃s loq̃ba
tur de ecc̃ia vl̃i q̃ tota cadebat. dñi tpa/
les p iniuſticiã. ꝑlati p negligẽtiã. religi/
oſi p indeuotõem. clerici p inhoneſtatem
Et h̃ ꝑncipalit̃ intelligebat xp̃s vt repa/
ret̃. h̃ b. frãciſc⁹ adhuc nõ intelligebat qꝛ
iſta fuit ꝑma reuelatio q̃ tñ de cetero fuit
ardentiſſim⁹ amatoꝛ pauptatꝭ dimittẽs
oĩa ꝛ recepit ſaccũ ñ indigebat ſartoꝛe ꝛ
cũ corda cingebat ſe nec ĩduebat̃ alia ve/
ſte ꝛ dic̃ hyſtoꝛia ꝙ de die erat veſtꝭ ꝛ d̃
nocte ſtratũ pediculꝭ plenũ pauptatẽ vo
cabat dñaꝫ ſuã. hic dat exẽplũ religioſis
clericꝭ laycꝭ q̃ deuote ſe obligarũt ad pau/
ptatẽ aplicã ꝙ nihil poſſideãt tã q̃ꝫ ꝓpriũ
vt poſſint dicere cũ b. petro ꝛ alijs. Ecce
nos relinquimus omnia ꝛ ſecuti ſum⁹ te
te. Sed nos modo ſeruamus pauperta/
tem ſine defectu. bene paſti induti ꝛ ſi ali
quid nobis deficiat murmuramus. Jdõ
perdemus promiſſionem factam nob a

xp̄o d. Amen amē dico vobis' quē vos
ſecuti eſtis in regeneratione cū ſederit fi-
lius hoīs in ſede maieſtatis ſue ſedebitis
et vos ſup̄ ſedes .xij. iudicantes .xij. trib⁹
iſrl̄ Math. xix. Clerici etiā hn̄t exemplū
ꝙ exquo hn̄t ſuos redditus nō cōgregēt
ſup̄fluos theſauros iuxta verbū xp̄i No
lite theſaurizare cōgregando ī ciſtas ⁊c̄
Non ſolū hn̄t cauere ab vſuris ⁊c̄ ⁊ ſy-
monijs ſed ab auaricia ⁊ q̇d oportet face
re ciſternā in domo vbi ē fons emanās
Bern̄. Q clerici q̇cq̇d p̄ter victū ⁊ veſti
tū ſimplicē retines furtū facitis ſacrilegi
um cōmittis. layci etiā hn̄t exemplū Nō
oportet oīa dimittere vt btūs franciſcus
ſed recognoſcatis domū taxiam burſā ⁊
ſi ē ibi aliq̇d de vſura furto rapina dimit
tatis reſtituendo al's corrumpes omia a-
lia exemplū de pomio corrupto q̄ omia
alia corrumpet. Ita de florenis. Jō apo
ſtolꝰ Reddite oīb⁹ debita ⁊c̄ p̄ma ad
Corinth. xiij. Ecce p̄mꝰ radius. Jō dic
thema Lucerna fulgens ⁊c̄ ¶ Secundꝰ
radius ē de aſp̄itate pn̄iali mirū ē tantā
aſp̄itatē faciebat. Dicant̄ aliq̄. p̄mo non
portabat niſi illū ſaccū in hyeme ⁊ ſtati
intellexit illud euāgeliū ad lr̄am neq̧ du
as tunicas habeatꝭ dormiebat ſup̄ terraȝ
Si aliq̄n fieret ſibi aliq̄ ſcutella de bono
cibo ponebat cineres vel aquā frigidam.
Dicat̄ de temptatione vt haberet vxo-
rē ⁊ filios ⁊c̄ demū fecit ⁊ ꝓiecit ſe ī ni-
ue ibat diſcalciatus hic dat nobis exem-
plū vt faciamꝰ aliquā aſp̄itatē pn̄ialem
dicūt aliq̇ ſtulti ⁊ ignorantes ve ⁊ q̇d o
portet facere aſp̄itatē ⁊ q̇d ꝓdeſt deo ⁊c̄
Rn̄deo ꝙ de aſp̄itate quā nos facimus
deꝰ hȝ honorē ⁊ nos vtilitatē. q2 ſic rex
qui hȝ vnū caſtrū rebelle ⁊ miles ſubicit
caſtrū ⁊ ē rebelle deo. Senſus eni ⁊ co-
gitatio hūani cordis in malū ꝓna ſūt ab
adoleſcētia ſua Gen̄. viij. Sed ſubicitur
deo pauptate ieiunando ⁊c̄. Jdo ſi eſtis
bonus miles ſubiciatis ip̄m deo quia ho-

nor eſt dei. vtilitas aūt vr̄a. Nā deꝰ ſer
uat iſtū modū pctōrib⁹ ꝙ ſi in hoc mōo
faciūt iuſticiā de ſe ip̄e in alio mūdo non
faciet iuſticiā de pctis. Juſticia ꝓ pecca-
tis fit p̄ pn̄iales aſp̄itates ⁊ qn̄ aīa taliū
venit ad iudiciū vbi accuſat̄ a dyabolo.
dicit xp̄s q̇d dicis tu aīa. Rn̄det dn̄e ve
rū ē ꝙ ego feci illa tn̄ dn̄e feci iuſticiā q2
ſi aliq̄n fui ſup̄b⁹ hūiliaui me ⁊c̄ d' alijs
feci iudiciū. ſ. confitendo ⁊ iuſticiā. Non
tradas me calūniātib⁹ dicit xp̄s. Ego ſū
contentꝰ. Ecce vtilitas. Jō xp̄us dico
vobis ꝙ niſi pn̄iam habueritꝭ oēs ſimul
p̄ibitꝭ Luc. xiij. ¶ Tercius radiꝰ ē de hu
militate cordiali. Erat eni ita hūilis ꝙ
reputabat ſe viliorē oīb⁹ ⁊ magꝭ pctōrē
Dicat̄ quō ſocio oranti fuit viſa in celo
pulcerrima cathedra cū corona ⁊ dicenti
Q benedictꝰ erit q̇ in illa collocabit̄. Re
ſpondit xp̄s cathedrā ꝑdidit vnꝰ p̄nceps
de ordine ſeraphin ex ſua ſup̄bia ⁊ reſer-
uat̄ humili franciſco. Unde cū ſemel ille
ſocius q̄reret a beato franciſco pater q̄-
lem eſtimatōnē habetꝭ de vobiſmet. Re
ſpondit nō credo eſſe hoīem magis pecca
torē in mundo q̄m ego. Et ſocius quō
habere poteſtis talē ymaginationē de vo
bis cuȝ tot gr̄as recipiatis a deo. Rn̄dit
tot gr̄as recipio ꝙ ſi alius recip̄et hūili-
or me fieret ⁊ maius bonū faceret. Di-
catur ſimilitudo. Sint duo hoīes ⁊ vnꝰ
habet paucas poſſeſſiones ⁊ pecunias
tamen tranſit. Alius vero recepit mu-
tuo magnū theſaurū de quo annuatim
habet facere certam penſionem ſub pena
mortis. Item habet reddere totū illum
theſaurū dn̄o certo die ſub pena mortis
obligata ⁊ reddere ⁊c̄ magnum onus
tenet ſupra ſe. Alius autē licet non habe
at tantum tranſit lete ⁊ ſine illa obliga-
tione. Ita in propoſito detis mihi vnum
ſanctum nichil aliud vult dicere q̄m re-
cepiſſe a chriſto diuite mutuo magnum
theſauruȝ ſub pena ⁊c̄ ⁊ ꝙ certo temp̄e

reddat ſibi rōnē. Et qꝛ ſanctus cogitat o
de⁹ fecit mihi tantā grām de ſciā vel elo
quētia vel faciendi miracula dum dolo-
re ꝛ triſticia ꝛ in magna hūilitate dꝫ vi-
uere. Et iſtud cogitās virgo maria hu-
miliabaᷓ q̄ ſciuit ſe eſſe matrē dei ꝛ eſſe
virginē reginā celi .nā q̄nta pſona ſan-
cta excellentioꝛ tanto eſſe dꝫ humilioꝛ p
ſona eni q̄ cogitat. Q ego ſum ſanctus
etc̄. dictū ē. Perſona aūt q̄ a deo nō re-
cipit tot grās p̄t viuere lete qꝛ nō eſt ita
obligata ꝛ cito reddet computū ſuū. Si
cut eni diues hꝫ reddere computū de q̄
libet floreno. ita ſcūs de q̄libet grā ꝓpter
hoc ſancti dū magis honorabanᷓ pl⁹ hu
miliabanᷓ. Jō xp̄s hoi aūt cui multū eſt
multū quereᷓ ab eo ꝛ cui accomodaue
rint multū pl⁹ petēt ab eo Luc.xij. Jſta
de cā btūs franciſcus hūiliabaᷓ recoꝛ-
dans ſe illius verbi quāto magnus es. ſ.
in diuitijs dignitate p̄latione ſanctitate
etiā hūilia te i oibꝫ Eccl.iij. ¶ Quart⁹
gradus ē de charitate diuinali. nā intm̄
erat inflāmatus in amoꝛe dei ꝛ ꝓximi ꝙ
volebat ꝙ oēs ſaluarenᷓ ꝛ in ſignū hui⁹
fundauit oꝛdinē fratꝝ minoꝝ quo fūda-
to fuit ſibi dictū qꝺ regula erat multum
foꝛtis nec poſſet ſeruari ꝙ ꝑparet. Rn̄dit
ego ſcripſi qꝺ xp̄s oꝛe ſuo oꝛdinauit. Jō
nihil mutabo qꝛ ſeruus in lr̄a dn̄i nihil
p̄t mutare q̄ illā regulā ſeruat ſanct⁹ ē ꝛ
qn̄ moriᷓ poſſet canonizari ꝰ de mille v
nus nō ſeruat. Deinde dixit ꝛ nūq̇d etiā
mulieres dn̄t ſuare rn̄dit ꝛ nūq̇d xp̄s de
muliere voluit naſci. Jō ꝓ ſaluatōne mu
lieꝝ fecit aliū oꝛdinē. Ecce q̄nta caritas
Deinde vt de ſtatu mr̄imonij poſſent fa
cilius ſaluari fecit terciaꝫ regulā. Et q̇a
ita erat ardens in caritate apparuit quaſi
ſeraph ꝛ ſubito ac ſi a baliſta emitteretᷓ
clauus quidā de neruo ꝑcuſſit manū dex
tram. deinde ſiniſtrā. Etiā in pedibꝫ ha-
buit plagas intm̄ ꝙ poterat dicere. Ego
ſtigmata ihū poꝛto i coꝛpe meo ad Gal

vlti. Dicaᷓ quō ex hūilitate abſconde-
bat plagas ꝛ vitaret vanā gl'iam optie
ſeruabat illud p̄ceptū. Charitas veſtra
magis ac magis habundet ad Philip. p̄
mo. Hic habem⁹ exemplū nos religioſi
qꝛ nō poſſum⁹ tantā hr̄e caritatē vt bea
tus franciſcus ad min⁹ habeam⁹ iſtā foꝛ-
mā ſeruandi regulā nō viuam⁹ ſicut alij
viuūt ſed ſicut vouim⁹ vt dicit aplus.
Quicūqꝫ eni in lege peccauerūt ꝑ legem
iudicabunᷓ ad Roma.ij. Lex religoſoꝝ
eſt regula. Dicaᷓ practica de examine i ca
pitulo culparū in iudicio xp̄i ad poꝛtā pa-
radiſi cū miraculo illius fratris minoris
qꝺ legiᷓ in vita bti franciſci cōpoſita a.xij
ſocijs. Si vellet ſe religioſus excuſare d.
dn̄e nō ſeruaui quia alij non ſeruabant.
Jdeo vadas cū eis ad infernū. Dicūt a
liqui p̄latus diſpenſat. Nota differētiā
inter diſpenſationem ꝛ diſſipationē. Di
ſpenſatio eſt relaxatio iuris cōis ꝓ loco
et tp̄e. ꝓ loco qn̄ cū rege habet cōmede-
re ꝛc̄. Tempe ſcꝫ peſtilentie vel venit
de foꝛis laſſus ꝛc̄. ſed indifferēter cōme
dere carnes non eſt diſpenſatio ſed diſſi-
patio. Et qui diſpenſat iſto modo ꝛ qui
vtiᷓ peccant. Religioſus eni debet reſpi-
cere regulā vt mulier vana ſpeculū. Ca-
ritas vero laycoꝝ ſacerdotū conſiſtit in
duobꝫ. Primo vt dicant officiū diuinū
diſtincte nō a ei ad duas partes ꝛc̄. Se
cundo vt viuant honeſte ꝓpter illud ſa-
cramentū qꝺ tractant ꝛc̄. Charitas lay-
coꝝ vt ſeruent dn̄icā ipi filij ꝛ famuli ꝛ
aīalia quia magis ꝓficiunt campi ꝛ vi-
nee ꝛ alia ex miſſa q̄m ex veſtro laboꝛe
Jdeo p̄ma ad Coꝛinth.xvi. Oia opera
veſtra fiant in caritate ꝛc̄. ¶ Quint⁹ ra-
dius eſt firmitas perpetualis. quia in tota
vita ſua perſeuerauit in ſanctitate ꝛ bo-
na vita. Multi incipiunt ſeruire deo fer-
uenter vt religioſus in nouiciatu. ſed ex-
quo fecerunt profeſſionem etcetera dicit
vnus ego ſum iubileus ego magiſter

Non dicit potiū vſq ad iubileū vel ad
magiſteriū ſed vſq ad mortē. Idem de
clericis deuote incipientibꝫ ſed paulatim
diminuūt ⁊c̄. Idē de laycis vt aqua cali-
da que paulatim frigeſcit. Nō ſic fecit be-
atus Franciſcus ſed firmiter ꝑſeuerauerit,
ꝓpter hoc deꝰ ſibi reuelauit diē ſui obi-
tus d. tali die venies ad ꝑadiſum ⁊ reue-
lauit fratribus ſuis ⁊ in die obitus fecit
portare cineres ⁊ ciliciū ⁊ poſuit ſe ibi nu-
dus petens habitū ſibi accomodari a gar-
diano quouſq obiiſſet. In obitu aūt eiꝰ
aīa eiꝰ ſanctiſſima clara vt luna viſa ē ce-
lum aſcendere. Ideo cōtinuemꝰ in bona
vita. Modus ē cogitādo ⁊ dicēs infra
ſe videamꝰ eſt annꝰ vbi ego erā ⁊ quō
vadit modo ſi inuenit ſe meliorem bene
ſtat ſignū ē ꝙ ambulaſtis. Non credatis
qḋ ꝑfectio ſanctitatis conſiſtat in addicō-
ne bonoꝝ opum ſed in cōtinuatione bo-
noꝝ opum cū augmēto deuotōis. Ita
fecit btūs franciſcus. Ideo dicit thema.
Lucerna fulgoris illuminabit te.

## De ſancto Luca euangeliſta

Dignus ē operarius mercede ſua Luc. xiiij.
Intellectus huiꝰ verbi ſcḋm in-
tellectū quē volo ꝑtractare eſt iſte beatꝰ
lucas Bonus operarius ſcꝫ de gloria ſua
Modo ꝑtractādo iſtud verbū inuenio
in ſacra ſcriptura ꝙ ꝑ q̄tuor virtutes ſin-
gulariter meremur gl'iam ꝑadiſi ſcꝫ.

- Per generalem obedientiam.
- Per liberalem miſericordiam.
- Per diuinalem ſapientiam.
- Per virtualem penitentiam

Ecce hic q̄tuor v̄tutes ꝑ q̄s in ſacra ſcri-
ptura clare oñdit̄ ꝙ poſſumꝰ acquirere
ſalariū gl'ie celeſtis. Et q2 b. Lucas ha-
buit iſtas q̄tuor in generali ⁊ q̄mlibet in
ꝑticulari. Iō poſſum de eo cōcludere the-
ma. Dignus eſt operarius mercede ſua.
Modo dicamꝰ de quolibet. Dico ꝑmo
etc̄ generalis obediētia eſt obedire oībꝫ
p̄ceptis dei ꝓ nullo honore ſeu vtilitate
habenda facere cōtra dei p̄cepta talis ē
dignꝰ ſalario gl'ie. Sed volo vos auiſa-
re hic nō credatl ꝓ aliqua obediētia vel
ſancta vita de beatis hr̄e gl'iam ex debito
ſed ex diuina; ordinatione ⁊ ꝓmiſſione.
q2 ip̄e ita ꝓmiſit nō dicere debetl dñe de-
tis mihi gl'iam q̄m mihi debetis q2 ſerui-
ui vobis ſed dicere oportet. dñe ego o-
bediui ⁊ ſeruiui vobis. Ideo detis mihi
gl'iam q2 ita ꝓmiſiſtis. Declaret̄ exēplo
captiui obedientis p̄ceptis dñi ſi ex hoc
peteret ſalariū diceret ſibi dñs. Et tu pe-
tis ſalariū ⁊ nūq̇d es captiuꝰ meꝰ ſerui-
as mihi bene ⁊ ſis mihi obediens q2 pro-
mitto tibi ꝙ ꝓ quolibet ope dabo tibi ſa-
lariū ⁊ hereditatē meā. Tūc captiui poſ-
ſēt petere ſalariū nō ex debito ſed ex pro-
miſſione dñi. Ita de nobis nullus repu-
tet ſibi ad iniuriā q2 oēs ſumꝰ captiui xp̄i
iuſto p̄cio empti ſcꝫ ſanguine ſuo In mē-
ſa eni cābij ſcꝫ crucis. Soluēs patri ape-
riens burſā corꝑis ſui in capite ꝑ coro-
nā ſpineā. Et ſic de alijs Iō oēs ſumꝰ
captiui ſui ⁊ illō nr̄ honor ē. Iō btā aga-
tha dicebat ſūma ingenuitas ē. i. nobili-
tas eſt in qua xp̄i ſeruitus comꝓbat̄ Iō
ſeruilē me oñdo ꝑſonā. Nō eni eſtis ve-
ſtri. Empti eſtis p̄cio magno glorificate
et portate deū in corꝑe vr̄o ꝑma ad Co-
rinth. vi. Igit̄ licet bn̄ ſeruiamꝰ ⁊ obedi-
amꝰ p̄ceptis dei ex debito non poſſumꝰ
petere ꝑadiſum. Si aīa alicuiꝰ ſancti ad
portam ꝑadiſi allegaret detis mihi ꝑadi-
ſum q2 ego ſeruiui vobis ⁊c̄. Non ē bo-
na rō q2 poſſet rn̄dere xp̄s feciſti qḋ de-
buiſti al's ⁊c̄ Auctas Cū feceritl oīa q̄
p̄cepta ſunt vobia dicite ſerui inutiles ſu-
mꝰ qḋ facere debuimꝰ fecimꝰ Luc. xvij.
ergo quo iure potero petere gl'iam Dico
ꝙ ſic dñe detis mihi gl'iam q̄m ꝓmiſiſtl

illis qui obedirent vobis. inſtrm̄ recepit.
Qui fecerit voluntatē patris mei q̄ in ce
lis eſt ipē intrabit in regnū celoꝝ. Mat.
vij. Cui dicit xp̄s. Ueni intra in gaudiū
dn̄i tui. Ecce quō intelligit̄ obedīēcia ge
neralis. Da mercedem dn̄e ſuſtinētibꝰ
te. i. ſup ſe tenētibꝫ mādata tua vt ꝓphe
tui fideles inueniātur Ecci. xxxvi. Dico
ꝙ iſto mō beatus Lucas acq̄ſiuit merce
dez gl'e. Fuit ei obediens nō ſolū precep
tis ſ; eciā ꝯſilijs q2 dicit beatus Jero. ꝙ
nunq̄ʒ peccauit mortalit̄ q2 ſemp ſine cri
mine fuit. Seq̄tur g̊ ꝙ nunq̄ʒ fecit cont̄
ꝑcepta diuina nec ꝑ ſupbiaʒ licet habe
ret ſciaʒ que inflat q2 erat medicus aptiſ
ſimus. Dicat̄ quō in qualibet facultate
q̄ʒto aliq̄s eſt excellēcior. tanto eſt magꝭ
ſupbus q2 ſcia inflat in corde. pria ad co
rith. viij. Sed beatꝰ Lucas talit̄ ſe gub
nauit ꝙ ex ſupbia nō fecit cōtͣ dei precep
tū in ſtudio nō deſpiciebat aliquē nec ſu
ꝑbiebat legendo ſeu diſputādo ⁊c̄. nec
repeticōne quā fecit reuerſus de ſtudio.
Itē nec cōtra pēccatū auaricie. Medicꝰ
enī peritus multa p̄t ꝯgregare magni do
mini recurrūt ad eos ⁊c̄. Sed beatus lu
cas a diuitibꝫ recipiebat a paupibꝫ nihil.
ymo aliquociēs emebat medicinas eis
neceſſarias Itē nec ꝑ luxuriā ymo vt di
cit Jero. nunq̄ʒ habuit vxorē nec filios.
Dicat̄ hic practice quō amici tractabāt
dare ſibi vxorem poſtq̄ʒ fuit reuerſus de
ſtudio. Nec ꝑ inuidiaʒ q̄ coiter eſt inter
medicos ſ; beatus Lucas ſp comēdabat
alios nec deſpiciebat ymo qn̄ amici infir
mi vel infirmoꝝ dicebant nos ſumus cō
tenti de vobis. dicebat ymo teneatis ta
lem q2 bonā ſciam hʒ ⁊c̄. Nec ꝑ gulam
dicit Jero. ꝙ v̄go pſeuerauit ſp. Mō
virginitas nō poteſt bene cuſtodiri de q̄li
bet ſtatu dic. q2 pſona guloſa neccͤrio erit
luxurioſa. Nō q2 ille ptes vicine ſunt. ⁊
vnus inuitat aliū ſicut ſocius ſociū. Ideo
qui vult viuere caſte in mala ſocietate ⁊

cū pleno ventre dicit Bernar. ꝙ eſſet ma
ius miraculū q̄ʒ ſuſcitare mortuos. Nec
ex peccato ire vtinā omēs religioſi eſſēt
ita paciētes nunq̄ʒ ex aliqua iiuria abſtu
lit verbū alicui. Dicat̄ cōtra viciū mulie
rū. Iteʒ prio ibat ad petendū veniam li
cet fuiſſet iniuriatus. Nec ꝑ accidiā q2 ſi
cut ouū eſt plenū ita tps beati Luce. Q
quor ꝑmittūt ꝑdere tps ⁊ q2 nō fecit ꝯ
mandatū dei poſſumꝰ dicere ꝙ habuit o
bedienciā generalē. totū hoc dicit beatus
Jero. in ꝓlogo ſup lucā. Lucas anthyo
cenus nacōe ſyrus apud anthiochiā me
dicine arte egregius ſine crimine fuit ne
q̄ʒ vxorē vnq̄ʒ habuit neq̄ʒ filios in v̄gi
nitate ꝑmanēs dn̄o maluit deſeruire. g̊
poſſumus dicere dignus ē opꝛarius mer
cede ſua. Moraliter h̄ eſt notandū no
bis ꝙ ad minus habeamꝰ obedienciā ad
decē mandata. Jō dedit deus decē digi
tos in manus ꝯcludēdo ꝑ illud. Si vis
ad vitā ingredi ſerua mādata dei. Mat.
ix. ¶ Dico ſcdo ⁊c̄. liberalis mia eſt qn̄
de bonis tꝑalibꝫ vel ſpūalibꝫ homo dat
indigenti talis meret̄ ſalariū glorie. Nō
quilibet enī theſaurarius diſpenſās bona
dn̄i ſ̄m voluntatē domini ſui meret̄ ſa
lariū. Modo quilibet diues eſt diſpenſa
tor ⁊ miſter illius magni regis Ihu xp̄i
Nō credatis vos eē dn̄os nec talis ſtul
ticia intret in cordibꝫ diuitū. q2 qui dn̄s
eſt nulli tenet̄ reddere cōputum. vos āt
de oībus oʒ reddere rōem quō acquiſiui
ſtis expēdiſtis ⁊c̄. vſq̄ʒ ad vltimuʒ qua
drantē habetis dare cōputuʒ xp̄o. Iſte
error dicendo de meis pecunijs ⁊c̄. nun
q̄t potero recipe aliq̄d intereſſe facit mlꝭ
tos damnare. Nō eſt vſurarioꝝ ſ; reali
ter xp̄s eſt dn̄s. domini eſt terra ⁊c̄. vos
diuites eſtis ſolū miſtri ⁊ diſpenſatores
Sic vos exiſtimet homo vt miſtros xp̄i
et diſpenſatores. j. Ad coꝛ. iiij. Si g̊ diſ
penſatis ſ̄m volūtateʒ ſuam digni eſtis
mercede. volūtas ſua eſt vt diſpēſatis ꝑ

mo.ī domo veſtra in vrīs neceſſitatibus
nō in vanitatibꝫ qꝛ alˀs puniret vos ⁊c̄.
Scdō recepta nccītate detis pauperibꝫ.
vel mutuetis ſine vſura ecce quid dic̄ in
ſtrumentū ꝯmiſſioīs tu diues. Nō fene
rabis fratri tuo ad vſurā pecuniā, nec fru
ges nec quālibet aliā rem. fratri aūt tuo
illud quo indiget cōmodabis vt benedi-
cat tibi dn̄s deus tuꝰ in oī tp̄e tuo. Deu
tro.xxiij. Prodito2 eēt diſpenſato2 regl
ſi de pecunia regl diceret. Nunqͥ de mea
moneta potero recipe intereſſe qn̄ aurē
diuitis liberalis anima vadit ad po2tam
paradiſi. Et dicit xp̄s qd feciſti. Rn̄dit
dn̄e diſpēſaui bona veſtra ſm̄ volunta-
tē veſtra recepta neceſſitate dedi ⁊c̄. Et
mutuaui ſine vſura mercedē glo2ie reci-
pit. Auctas. Quicūqꝫ potū dederit vni
ex minimis iſtis calicē aque frigide tm̄ qꝫ-
tomagl q̄ dat vinū ⁊c̄. In noīe diſcipu
li. Amē dico vob̄ non pdet mercedē ſu
am Math.x. Itē luc. vi. Mutuū dan-
tes nihil inde ſperātes ⁊ erit merces vr̄a
multa qꝛ ſi de vſura deberet recipe centū
flo2enos ⁊ nō facit deꝰ dabit ſibi.cc. hic
et glo2iā in paradiſo. Ptꝫ ḡ quō ex mīa
acquirit̄ glā paradiſi. Dicat̄ hic de mīa
beati luce.qn̄ eni audiuit famā.xij.aplo-
rū quaſi.xij.medico2ꝫ curantes oēs infir
mitates ſurdos cecos ⁊c̄. admirās quia
ars medicīe nō ſufficit ad hoc voluit ire
et videre aplos cum adhuc eſſet īfidelis
et venit ad ihrl̄m ad beatū petrū dicens
Audiui famaꝫ de curis vrīs quas facitl
tamē video qꝫ eſtis pauperes. ⁊ beatus
petrus dixit ſibi quō quidā magnus me-
dicus venerat de celo ⁊ oſtendit eis artē
qꝫ ſine purgacōe ſanaret ⁊c̄. Finaliter p̄
dicauit ſibi fideꝫ xp̄i quā firmauit mira-
culis, ppter qd beatus Lucas baptiſabat̄
et petijt a beato petro vt diceret ſibi ſi ha
bebat aliud facere. ⁊ petrus dixit. Si vis
pfectus eſſe vade ⁊ vende oīa que hēs.
et da paupibus ⁊ habebis theſaurū in ce

lo. Dicat̄ quō fuit reuerſus anthyochiā
et vendidit domū poſſeſſiones ⁊ quicqͥd
habebat Nō dixit ipē. opo2tet qꝫ iſtō di
ſtribuat̄ paupibꝫ ſ; quibꝫ. qꝛ aliqui ſunt
paupes qui vadūt ad tabernas ⁊c̄. Iſti
nō habent niſi vnicā rōnem vt homo dei
eis qꝛ ſunt ad ymaginē dei. Alij ſūt pau-
peres bone vite qui ſeruiūt xp̄o. Ideo il
lis dabo po2tauit ſaccū pecunie ⁊ poſuit
ad pedes apoſtolo2ꝫ vt diſtribuerēt pau
pibꝫ.hoc extrahitur ab illo textu Actuū
iiij. Nota textū ibidē qꝛ dicit quotquot
eni. Nota vniuerſaliter loquit̄ poſſeſſio-
nes agro2ꝫ aut domo2ū erant vendentes
offerebant p̄cia eo2ꝫ que vendebāt ⁊ po
nebant ante pedes aplo2ꝫ. diuidebāt au
tem ſingulis put vnicuiqꝫ opus erat. ḡ
ſi ex liberali mīa homo meretur regnū ce-
lo2ū. Quid dicemus de beato Luca. dig
nus eſt operarius ⁊c̄. Mo2aliter hic di
co vobis qꝫ tenemini ad hoc qꝫ ſi in do-
mo vel burſa veſtra habetis aliqͥd de ma
lo iuſto diſtribuatl reſtituēdo alˀs corrū
pet qͥcquid habetl vt pomū co2ruptū co2
rumpit alia. Ita flo2enus co2ruptus. ſic
picitur ḡ pomū piciatis reſtituēdo ⁊ ſic
cōſeruātur bona. Si habetl aliqͥd de mor
tuis de hoſpitalibꝫ vel de eccīa ⁊ de ſerui-
to2ibꝫ de labo2ato2ibꝫ. de vſuris furtis.
reddatis ne co2rūpant alia Reddite oī-
bus debita ad Ro.xiij. ¶ Dico tercō ⁊c̄
diuina ſapīa eſt ſcire gubernare pſonam
ſuā iuxta dei volūtateꝫ in vtutibꝰ ⁊ bo-
nis opibus. ⁊ vltra hoc attrahere bonis
moīs alios ad deū. Sic ſi ꝯmitteret vnū
caſtrū defrontaria grauate vni militi di-
cēs ſcias bene defendere iſtud caſtruꝫ ab
inimicis. ſi iſte miles ſit ſtrēnuꝰ ⁊ valēs
et nō ſolū cuſtodit illō caſtrū fideliter. ſ;
faciēdo pugnas inimicis regl acqͥrit regi
x. vel. xv. aut. xxx. caſtra. nunqͥ tūc meret̄
magl ſalariū ymo. ita de nob̄ qͥlibet nr̄m
hꝫ vnū caſt2ꝫ ſibi ꝯmiſſuꝫ ſcꝫ ſemetipm
a xp̄o rege q̄ plus diligit vnum caſtrum

de iſtis q̄ꝫ rex regnū dicēs in inſtrō com-
miſſionis cuſtodi temetipſm̄ ⁊ aīaꝫ tuaꝫ
ſollicite. Deut.iiij. In fine qn̄ dicit regi
xp̄o. Ecce dn̄e aīam quaꝫ ꝯſeruaui ⁊c̄.
merer ſalariū ⁊c̄. Sꝫ qn̄ non ſolū cuſto
dit caſtrū p bonā vitaꝫ Sed vltra hoc
lucratur de caſtris inimicoꝝ p bonā vi-
tā ſeu doctrinā. Caſtra inimicoꝝ ſunt p
ſone male ⁊ pctōres perſona ſuperba eſt
caſtrū poſſeſſū a dyabolo leuiathan ⁊ ſic
de alijs.vij. Et expugnātur per ſcāꝫ vi-
tā ⁊ doctrinā bonā p̄dicando qn̄ ꝯuertit
ſuperbꝰ ⁊ humiliat ſubicit xp̄o ⁊ ſic de alijs
vn̄ quot pctōres ꝯuertit vnus p̄dicator
tot caſtra acq̄rit talis magnū ſalariū me
retur Auctas ⁊ fuit dictū victorioſo a
brahe in perſona p̄dicatoris Noli timere
abrahā ſcꝫ p̄dicator. Ego ꝓtector tuꝰ
ſum ⁊ merces tua magna nimis. Gen̄.
xv. ¶ Nota noli timere qꝛ p̄dicator mlt̄
tos habet inimicos. Prio dtōnes. Se
cūdo detractores īuidos ⁊c̄. ſemināti iu
ſticiā merces fidelis. ꝓuer.xi. Seīator
iuſticie in agris ꝯſcie eſt p̄dicator. Iſtā
ſapīaꝫ ⁊ virtutē habuit beatꝰ Lucas ex
cellenter qui.xxxvij.ānis p̄dicauit p mū
dū cum beato Paulo. ſocius ſuus fuit
ibat de villa in villā ⁊c̄. O quot caſtra
acquiſiuit xp̄o nō recedebat ab apl̄o intā
tū q dicit apl̄s In pria defenſione mea
nemo mihi affuit ſꝫ omēs me dereliq̄rūt
Lucas eſt mecū ſolus.ij.ad thy.iiij. ymo
etiā hodie quolibet die bellat ⁊ acq̄rit ca
ſtra ex ſuo deuoto ⁊ magis ꝯpleto euan-
gelio q̄ꝫ alioꝝ ⁊ cū actibus apl̄oꝝ. ¶ Mlt̄
ta eni dicit q̄ alij tacuerūt ſicut de ꝯcepti
one ⁊ natiuitate beati Johis baptiſte de
annūciacōe v̄ginis Lucas hoc dicit. Itē
de natiuitate xp̄i in portico ⁊ de angel can
tantibꝫ ſolus Lucas hoc dic̄. Itē de pa-
ſtoribꝫ adorantibꝫ ſolꝰ lucas dic̄. Item
de circūciſione ⁊ tēpli p̄ntacōe. Iteꝫ de
vita xp̄i ⁊.xij.annis vſqꝫ ad.xxx. ſolꝰ dic̄
lucas. Erat ſubditus ill̄ dicit Lyra q iu

uabat Joſeph ⁊c̄. Et beatus lucas iſta
habuit a v̄gine Maria. q̄ multū euꝫ di
ligebat qꝛ erat v̄go. ⁊ ipſe etiā diligebat
v̄ginē Jō eaꝫ depinxit ⁊ fecit veronicaꝫ
veniebat eni ad v̄ginē dicēs. v̄go bene-
dicta ⁊c̄. Mathꝰ nec marcus nō dicūt
aliq̄d de annunciacōe natiuitate. Jō ⁊c̄.
Itē de paſſione dixit benedcā. Alij euan
geliſte nihil ponūt nec dicūt niſi q dixit.
heli heli dicatis mihi que alia v̄ba dix.
Et v̄go Maria incepit flere. d. O luca
hoc eſſet renouare dolorē. Et lucas ¶ E
v̄go gl'oſa bonū eſt q xp̄iani ſciāt ꝓpter
deuocōeꝫ Jō virgo Maria ⁊c̄. Ad q̄ꝫ
ait v̄go in die veneris ſcā qn̄ Johes ve
nit ad me di. q filiꝰ meꝰ ducebat ad cru
cifigēdū exiui domū ⁊ obuiaui filio meo
etc̄ vidi mulieres flentes retro eū ⁊ filiꝰ
meus v̄tens ſe ad eas dixit. Filie iheruſl'm
etc̄. ⁊ v̄go Maria ⁊ lucas ābo flebant
Solus lucas ſcp̄ſit hoc verbū ſicut habu
it a v̄gine Maria. Itē alia die lucas q̄ſi
uit a v̄gine Si qn̄ fuit ī cruce dixit aliq̄d
verbū. O dixit v̄go Maria ⁊ taꝫ mag
nus dolor ⁊c̄. Pater dimitte ill̄ ⁊c̄. It̄
queſiuit de vltio verbo ⁊c̄. In manꝰ tu
as ⁊c̄. Ita q euāgeliuꝫ luce ē magis cō
pletū Inrim̄ q beata martha ex hijs duo
coibus in ſuo obitu ſolū iſtud euāgeliuꝫ
luce voluit vt ſibi legeret. Et a pricipio
legebat p om̄s eccias. Miſimus fratrē
noſtrū.glo. Lucā cꝰ laus eſt in euāgelio
p ocēs eccias ⁊c̄.ij.ad Coꝝ.viij. Fiat ꝗ
rō Si ex diuina ſapīa aliq̄s meret ſalari
um gl'e ⁊ beatus lucas ⁊c̄. ¶ Dico quar
to ⁊c̄. pnīa virtualis eſt ieiunare diſcipli
nare ſe vel portare cilicīū ⁊c̄. vt faciebāt
ſancti dn̄icus. frā ciſcus. benedictꝰ ⁊c̄. ex
hijs meret ſalariū gl'e. Auc̄. Beati qui
nūc eſuritis. Ecce ieiunia qꝛ ſaturabimī
Beati qui nūc fletis qꝛ ridebitis ⁊c̄. vꝫ
in celo Luc̄.vi. Diceret h̄ aliq̄s ignorās
q̄d oꝫ facere aliō. Nā xp̄s qn̄ dixit que
rēti dn̄e quid boni faciā vt habeā vitam

eternā. dixit xp̄s Si vis ad vitā ingredi
ſerua mādata dei. ⁊ nō dixit fac pniaꝫ igi
tur Rn̄deo ꝙ ad ſeruandū bonā vitam
in futurū ſufficiat ſeruare mādata ſcꝫ. x. p̄
cepta ſꝫ ꝓ peccatis p̄teritis ē penitēcia ⁊
xp̄s hoc p̄cepit dicēs. pniam agite appin
quabit ⁊c̄. Math. iiij. Et niſi hoc faciat
Ecce q̇d dicit dico vob̄ ꝙ niſi pniaꝫ ha
bueritis oēs ſimilr̄ peribit. Luc. xiij. Jſ-
tā fecit beatus lucas qui. xxxvij. ānis la
borauit cū Paulo inr̄ infideles vt fuiſ
ſet martir ſꝫ nullus voluit eū occidere. ſꝫ
ip̄e ſeip̄m mortificauit iuxta ꝯſiliuꝫ apl̄i.
Mortificate mēbra veſtra q̄ ſunt ſuper
terrā. Ad col. iij. Mortificat corpus ſu
um q̇ pniaꝫ v̄tualē facit Jō eccīa in col-
lecta ſua dicit. Dn̄e ſanctus tuus lucas
euāgeliſta crucis mortificacōem iugiter
in ſuo corp̄e ꝓ tui nominis amore porta
uit ⁊c̄. Deo gracias.

## De apoſtolis Symone ⁊ Juda.

Conformes i
maginis filij dei. Habet̄ ver-
bū iſtud textualiter ad Ro.
viij. Jn epiſtola hodierna tota feſtiuitas
ſolennitas ⁊ officiū hodiernū eſt duorū
ſanctoꝝ apl̄oꝝ Symonis ⁊ Jude. Nō
illius ꝓditoris. qꝛ de illo xp̄iani nō faciūt
feſtū ſꝫ demones i inferno. Sed iſte dici
tur Judas thadeus ſcūs bonus ⁊ apl̄s
Jhu xp̄i. de hijs eciā erit ſermo noſter.
Si placet deo de eoꝝ vita ⁊ ſanctitate
recipiemus inſtructōem vite. Salutet̄
v̄go Maria. Jſtud verbū dicit̄ in ep̄la
hodierna loquēs de hijs duobꝰ aplis. di
cit ꝙ iſti duo apl̄i fuerūt ꝯformes. i. ſil̄es
ymaginis filij dei. Pro cuiꝰ intellectu oꝫ
declarare q̇d eſt ymago filij dei. Pro q̄
ſciendū ꝙ ymago ꝓpria filij dei ē vita ſāc
ta benedicta ⁊ pfecta xp̄i. Nō qꝛ qui ſtri
cte vult cogitare vitā ſanctiſſimaꝫ xp̄i. ſ.

eius incarnacōeꝫ. natiuitatē ꝯuerſacōem
paſſionē. reſurrectōeꝫ. ⁊ eius aſcenſionē
inueniet ꝙ erat ꝓpria ymago filij dei Nō
ſolū filij v̄ginis. Sicut eni ymago ſcī ali
cuiꝰ vt v̄ginis vel beati petri ⁊c̄ p̄ſentat
ſcm̄ vel ſcām Jta vita xp̄i deuote cōtem
plata rep̄ntat nob̄ ꝙ eſt filius dei eterni.
Primo in eius incarnacōe qꝛ ſine homine
in mr̄e v̄gine fuit cōceptus. Jtē qꝛ natꝰ
de matre v̄gine ſine dolore pariēte. Jtē
de noctis claritate. qꝛ de corp̄e xp̄i ꝓce-
debat claritas plus q̄ꝫ a ſole. Jtē de an-
gelis cātantibꝰ ⁊ tripudiantibꝰ ⁊ canti-
lenā cantātibus. Glia in excelſis deo ⁊c̄.
Jtē qꝛ a boue ⁊ aſino ⁊ p̄ſepio adoratꝰ
eciā a paſtoribꝰ. Jteꝫ de ſtella orientis.
et tribꝰ regibus. Jtē miracula q̄ fecit i vi
ta Jtē in baptiſmo celū fuit aptuꝫ ⁊ ſpi
ritus ſcūs in ſp̄e columbe viſus ē. ⁊ vox
patris intonuit dicēs ⁊c̄. Jtē reſurrectō
et aſcenſio oīa iſta oſtēdebāt Jhm xp̄m
eſſe filiū dei eternū. Patꝫ ḡ ꝙ vita xp̄i ē
ymago ꝓpria filij dei. Jō dicit apl̄s in ꝑ-
ſona xp̄ianoꝝ bone vite. Nos omēs re
uelata facie nō coop̄ta facie vt iudei glo
riam dnī ſpeculantes in eadem ymagine
transformamur. ij. ad Cor. iij. Nota
transformamur. Sicu̇ ei pictores q̄n vo-
lunt extrahere aliquā ymaginē ponūt il-
lā coram ſe ⁊ illā ꝯtemplādo depingūt.
Jta ſancti corā ſe ponebāt ymaginē filij
dei. i. vitā xp̄i ad cuius ſilitudinē ordina-
bant ſuā vitā p̄rio reſpiciēdo vitā xp̄i. ſ.
incarnacōeꝫ in qua oñt infinitā humilitatē
qꝛ voluit de illo pallacō deſcendere ad
carcerē hꝰ mūdi ⁊ dicebāt. O q̄ꝫtū ego
debeo humiliari q̇ ſū vermis putridus ⁊c̄
Jtē cū eſſet dn̄s oīm voluit fieri pauꝑ.
Jō vitabāt auariciā. Jtē potuit eligere
aliā matreꝫ ſꝫ noluit niſi v̄ginē. Jō vita
bāt luxuriā. Jtē cuꝫ nullū haberet pctm̄
voluit facere tantā abſtinenciā ꝙ. xl. die
bus ⁊ noctibꝰ ieiunauit nihil comedens.
nunq̄ꝫ fuit talis. xl. tota eni alia vita xp̄i

erat q̄drageſima nō comedebat niſi ſemł
in die. Ex iſto ſancti depingebāt vitā ſu
am vitādo gulā. Itē habuit mariaʒ pa-
cienciā. Jō ſancti nō portabāt malā vo-
luntatē nec volebāt de iniurijs vindictā
Iteʒ xp̄us habuit magnā diligenciā q̄ſi
ꝑ totā nocteʒ ꝑnoctabat orādo. Cogi-
tate ꝙ cū lacrimis ⁊ genibꝫ flexis totū
hoc ꝓ nobis fecit qꝛ ꝓ ſe non indigebat.
Ibat cū labore predicādo ⁊c̄. Ab iſta
ymagine ſcʒ vita xp̄i xp̄iani debent recipe
re exemplar eoꝝ vitā depigendo in bo
nis opibus. Ecce quare dic̄ nos reuela
ta facie ſpeculātes ⁊c̄. Pʒ ḡ ꝙ ymago
filij dei eſt vita xp̄i. Modo thema ē cla-
rum cum dicit de hijs duobꝫ ſcīs aplīs.
Conformes .i. ſiles ymaginis filij dei .i.
vite xp̄i. Modo videamꝰ in q̄bus fuerīt
ſimiles vite xp̄i. Et inuenio ꝙ in ſex fue
runt ſimiles ſcilicet.

Pͥo in corpore materiali.
Scd̄o in anima rōnali.
Tercō in ope virtuali.
Quarto in ꝯuerſacōe ſpūali.
Quīto in predicacōe euāgelicali.
Sexto in paſſione martiriali

In hijs ſex fuerūt xp̄o ſimiles. Ideo di
cit thema. Conformes ymaginis ⁊c̄.
Dico pͥo ⁊c̄. in corpe materiali ſʒ qua-
re magis iſti duo q̄ȝ alij. qꝛ iſti fuerīt filij
marie cleophe ſororis ꝟginis ſcē geni-
te. Dicat̄ quō beata Anna mater ꝟginis
marie nunq̄ȝ habuit filios ſʒ habuit tres
filias. Prima fuit ꝟgo Maria mr̄ dei.
Scd̄a maria cleophe mater iſtoꝝ aplōꝝ
Symonis ⁊ Jude. Tercia maria fuit ſa
lomee mater Jōhis euāgeliſte ⁊ Jacobi
maioris ꝓpinq̄ores erant iſti duo xp̄o q̄ȝ
alij qꝛ filij ſcē genite. O qualis honor
eſt iſte. Sicut ſi rex veſtiret ſe de capite
optime pecie pāni ⁊ diceret duobꝫ militi
bus Induatis vos de fine magnū hono
rē ⁊ maiorē dilectōeʒ oſtenderet illis q̄
de medio induerētur pecia pāni. Iſta ꝑ
cioſa ſcarlata fuit beata Anna mater ꝟgi
nis de iſta pecia caput fuit ꝟgo Maria.
de qua xp̄us indutus ē veſte huānitatis
Media eni fuit maria cleophe de qua ī
duti fuerīt iſti duo. finis pecie fuit maria
ſalomee de q̄ induti fuerūt Johēs ⁊ iaco
bus. Ecce quō fuerūt ꝯformes xp̄o ī cor
pore materiali. Ex iſta ꝯformitate nō ſo
lū ſcriptura dic̄ ipos cōſanguineos xp̄i.
ſed fratres ꝓpter ꝓpinquitatē. Nōne mat̄
eius dicit̄ maria. ⁊ fratres eius Symon
et iudas. Math. xiij. Cōformes ymagi
nis filij dei ſcʒ in corpe materiali. Mo-
raliter iſtā vel ſimileʒ cōformitatē poſſu
mus nos habere cuʒ xp̄o in corpe virtu
aliter ⁊ erit melior q̄ȝ iſtoꝝ duoꝝ. Iſta
eī fuit carnalis ſʒ noſtra erit ꝟtualis que
eſt melior. Iſta eſt pn̄ia de qua xp̄s erat
indutus intrī ꝙ cum fuiſſet .xxx. annoruʒ
videbat̄ .xl. vel .l. Joh. viij. dicit glo. ꝙ
ex ieiunijs ⁊ laboribꝫ ⁊ afflictōibus vi-
debat̄ .l. annoꝝ. Si ḡ volumꝰ eſſe ei cō-
formes nō curemꝰ ꝙ nō ſumus filij ma
rie cleophe ſʒ alterius ſororis ꝟginis ma
rie que prior erat q̄ȝ maria cleophe ſcʒ
penitencia. qꝛ quādo virgo Maria fuit
triū annorū incepit penitēciaʒ facere ſcʒ
in templo ⁊c̄. Iſtius ḡ ſumus filij quia
licet Symon ⁊ Judas fuiſſent filij ma-
rie cleophe et ꝯſanguinei germani xp̄i ni-
ſi fuiſſent filij penitencie ꝑ bonā vitā dā
nati fuiſſent. Magis ſunt ſācti ⁊ ſalua
ti quia ſūt filij penitēcie q̄ȝ qꝛ ſūt filij ma
rie cleophe. Ita eſt de nobis ſi facimꝰ pe
nitenciā de quibꝫ dicit Apl̄s. Nō confū
ditur fratres eos vocare ſcʒ illos qui fa
ciunt penitenciā. Ad heb. ij. Aliq̄ valde
fugiūt iſtam parētelaʒ xp̄i elongātes ſe
a penitēcia. Pͥo a ieiunijs vigiliarū ⁊
quadrageſime nolūt audire miſſā ieiuni.
Si eī aliq̄s hʒ loqui regi vel pape cauet
ſibi ne habeat anhelitū fetidū. ſʒ qn̄ oracō
fit in ieiunio eſt q̄ſi incenſuʒ ⁊ ꝑt dicere.
Dirigat̄ oracō mea ⁊c̄. Alij ieiunant per

totã diem ⁊ in collacõe frangũt ieiuniũ
comedẽtes panẽ coñ ordinacõem eccłe
et volendo ſe excuſare dicũt maiorẽ cõ-
fortacõez dãt confectõnes quas come
dũt prelati ⁊c̃. Dicat̃ ſilitudo de duob
quoꝝ vnus in q̃dragesima comedit bo-
nũ piſcẽ ⁊ cũ bono ſalſamẽto ⁊ alter de
pane vnũ modicũ cũ caſeo antiquo quis
iſtoꝝ fregit ieiuniũ vł.xl. nõ qui comedit
piſcez licet daret maiorẽ ꝯfortacõem qꝛ
nõ facit coñ determiacõez eccłe. Dicunt
doctores ſpẽaliter petrus de palude i.iiij
diſtinctõe.xv arti.iiij. ꝙ nihil debem⁹ co
medere in collacõne de quo fiat cibus in
prãdio vel cena oliue licet ſint ꝯfecte nõ
debent comedi in collacõe qꝛ loco cibi ſu
mũtur in prãdio Dattili pepones auella
ne amigdola coriandruz ⁊ oĩa ſilia fran
gunt ieiunia niſi ſint ꝯfecte. Aſſimilemur
g̃ xp̃o ꝑ penitenciã. Jõ apl̃s. Sꝑ morti
ficacõem Jh̃u xp̃i in corꝑe noſtro circũ
ferentes vt ⁊ vita ihẽſu ĩ corꝑib noſtr̃
maĩfeſtetur. ij. ad coꝛ. iiij. ¶ Dico ſcdõ
etc̃. in aĩa rõnali hoc eſt plus. Modo vi
deamus nã xp̃s habebat corpus aĩam et
diuinitatẽ. Aĩa autez in ꝑmo creacõnis
ſue habuit tantã ſciam ꝙ ſciuit omĩa pre
terita pñcia ⁊ futura. Jõ dauid loquẽs
xp̃o dic̃. Ecce dñe tu cognouiſti oĩa no-
uiſſima ⁊ antiqua. p̃s. c.xxxviij. In hoc iſti
duo ſancti apl̃i fuerũt ſiles xp̃o q̇ fuerũt
multũ illuĩati ſcientes nõ ſolũ preterita
ſꝫ futura multa. Dicat̃ quõ poſt pentħc.
iuerũt ad p̃dicandũ in ꝑſidam ⁊ rex ꝑſi-
de ⁊ rex indie hẽbãt guerrã. Dicat̃ quõ
rex ꝑſide mittebat vnũ ducez capitaneũ
cõtra regez indie ad bellandũ qui ab ydo
lis ſuis nullũ potuit hr̃e reſponſum quid
eſſet de bello. Dicat̃ hyſtoria ⁊ quõ apl̃i
denunciauerunt duci de pace futura ⁊c̃.
Moraliter bellũ paratur nob̃ forti⁹ in
hoc mũdo ſcꝫ de aĩa cum dyabolo ⁊ ĩ iu-
dicõ vbi mille demones eam ĩuadent ⁊
accuſãt. qꝛ aĩa anteq̃ꝫ intret paradiſum
q̃ꝫtumcũq̃ꝫ ſancta vel mala venit ad iudi-
cũ ⁊ dicũt demones ſi ſit mala dñe fiat
iuſticia. Tu domine damnaſti nos vno
peccato irreuocabiliter ⁊ iſta anima fecit
hoc ꝑ ſuperbiã auariciã etc̃. Quid tunc
diceris. Remediũ eſt g̃ confiteri peccata
cõfeſſori qui eſt medius inter deũ ⁊ aĩaz
Et tunc anima ſic portat inſtrumentum
abſolucõis in fronte ſcriptũ ⁊ rñdet xp̃o
dicẽs. Feci iudiciũ ſcꝫ ĩ confeſſione ⁊ iu-
ſticiam in penitẽcia. Nõ tradas me ⁊c̃.
Ideo moyſes ait. Utinã ſaperẽt ac no-
uiſſima ꝓuiderent Deutro.xxxij. ¶ Di
co tercio ⁊c̃. opus xp̃i patꝫ. ꝑria Jobis
iij. In hoc apparuit filius dei vt diſſoluat
opa dyaboli que ſũt peccata temptacio
nes guerre diuiſiones ⁊c̃. Et iſta diſſol
uit xp̃s. In hoc fuerũt ſimiles xp̃o Iſti
duo ſancti apl̃i. Dicatur quõ inuenerunt
in ꝑſida duos incantatores zaroen ⁊ ar
phaxat ad quos oĩs gentes recurrebãt
ꝓ ſanitate obtinenda vel ꝓ re ꝑdita inue
nienda vel pro filijs ⁊c̃. Et quãdo inuo
cabãt demones dicendo faciatis hoc vel
hoc quãdoq̃ꝫ ꝑmiſſione diuina fuit factũ
Nam ipſi demones neminẽ poſſunt cura
re niſi a leſione ceſſando ac ſi ego eſſem ĩ
uiſibilis ⁊ cũ acu vel al̃s infligerẽ vobis
dolorem in naribus vel dentib ⁊c̃. Ita
faciũt demones qui ex peccato poſſũt da
re dolores peccatori deo non cõſidicente
vt recurrant ad eos ꝓ ſanitate ⁊ dent ſi
dem in eis vt tandem damnentur. Sed
apl̃i corã rege infideli cũ iſtis habuerunt
magnũ conflictũ. Dicat̃ de ſerpẽtibus ⁊c̃
Et de ꝯuerſione regis ex miracul̃ g̃ fuerẽt
cõformes ymaginis ⁊c̃. Moraliter ho-
die fiũt in mũdo opa dyaboli ⁊ multi ñ
credũt facere certũ eſt ꝙ deus fecit nos.
et nõ ipſi nos. Modo opus dyaboli eſt
qñ homo vult adaptare illd̃ qd̃ deus be
ne fecit vt faciũt mulieres pĩgendo ſe ⁊c̃
Scitis q̃lis iniuria fit deo ac ſi melior pi
ctor mũdi feciſſet vnã pulchrã ymaginẽ

et tu qui nescis depingere velles illã ad-
aptare Ita de deo. Cogita ꝙ deus sciuit
depingere ⁊c̃. quare ẽ vos vult᷑ aliter
facere vos. nã deus dedit vob̃ mulierib⁹
vbera grossa quare ẽ vos ita ↄstringitis
ea. Jdẽ de oculis deꝰ dedit vobis oculos
paruos ⁊ vos facitis ⁊c̃. Jdẽ si fecit ca
pillos nigros ⁊ vos vult᷑ rubeos de cau
da bouis ⁊c̃. Jõ quãdo oratis xp̃us ab
scondit faciẽ suã a vobis qꝛ habet᷑ faciẽ
dyaboli ⁊ nõ suaꝫ. Si dicat᷑ dñe. Ego
sũ creatura vestra ⁊c̃. R̃n̄t mẽtiris. Di
catur quõ mulier maritata p̃t se lauare ⁊
mundã tenere ne sit turpis ⁊ vir habeat
displicenciã. Itẽ camisiã suã potest tene
re mundã ne vir senciat malũ odoreꝫ ne
habeat fastidiũ nec viri debent eis cõsen-
tire vt depingãt se s̃ debẽt dicere qꝛ vl̃ s̃
facitis ꝓ me vel ꝓ alio nõ pro me qꝛ nõ
in domo s̃ qñ vaditis extra ⁊c̃. Jõ dicit
scriptura viris ⁊ eciã parẽtibus. Nolite
coĩcare opib⁹ infructuosis scꝫ pictur᷑ vx
orũ tenebrarũ magis aũt redarguite. ad
Eph. v. ¶ Dico q̃rto ⁊c̃. xp̃s eni paup
rime voluit ↄuersari in hoc mũdo amore
vestri Scitis grãm dñi nostri Jhu xp̃i.
quõ ꝓpter nos egenus fc̃us est cũ eẽt di-
nes vt illius inopia nos diuites essemꝰ
ij. ad Coꝛ. viij. Jn hoc isti duo scti apl̃i
fuerũt sibi ↄformes. qꝛ postq̃ ↄuerterũt
regẽ ꝑside ⁊ babilonie ⁊ tot mille xp̃ia-
nos ibant pauprime induti. Q dixit rex
tales hões nõ debent sic incedere obtulit
eis magna donaria seu dona thesauri ⁊c̃.
Apl̃i autẽ vt stercora despiciẽtes dixeꝛt
nihil terrenũ vel carnale. s̃ solũ volumꝰ
dei honoꝛẽ ⁊ aĩaruꝫ saluacõneꝫ ⁊ de illis
pecunijs edificaueꝛt eccĩas hospitalia ⁊c̃
Ecce quõ in ↄuersacõe fuerũt xp̃o siles.
Moraliter hoc tãgit religiosos clericos
et eciã laycos ¶ Religiosi eni debent hr̃e
solã strictã necessitatẽ vite nihil ampliꝰ
recipe eciã si vellẽt dare. qꝛ hoc destruxit
ordines q̃ a pricipio inceperũt cum tãta

pauꝑtate ꝙ beatus Bernardꝰ de folijs
fagi comedebat ⁊c̃. s̃ post reges ⁊ p̃ici
pes philocapti de eis edificaueꝛt eis ma-
gna monasteria dantes eis villas castra
etc̃. intm̃ ꝙ tota religio est ꝑdita nõ nisi
porci grossi ꝓpter hoc beatus dñicus ⁊ frã
ciscus instituerũt suos ordines sine red-
ditib⁹ vt essemus mẽdicantes ⁊ incepit
deuocõ gentiũ ⁊ edificarunt magnas do
mos eis ⁊c̃. eciã totũ est ꝑditũ. Jdẽ de
heremitis qui incipiũt stricte s̃ post edifi-
cãt ⁊c̃. pauꝑtas apl̃i talis est ita custo-
dienda sicut puella suã virginitatẽ quia
multi philocapti mittũt sibi iocalia si reci
pit erit putana. Jdẽ de religiosis. Sꝫ si
cut mulier que vult caste viuere nõ vult
recipe dona. Si est pauꝑ ⁊ mittit᷑ sibi e-
lemosina illã potest recipe ꝓ necessitate
Jõ seruiamus bene deo qꝛ nihil deficiet
nob̃ de necessarijs. Jdẽ de clericis caue
ant a symonia ⁊ dicãt bene ⁊ deuote su
um officiũ qꝛ deus ꝓuidebit eis. Item
layci caueãt ne recipiãt aliq̃d ꝑ vsuram.
nec alijs qualitercũq̃ iniuste. Si non po
testis ẜuare tantã pauꝑtateꝫ q̃ruꝫ apo-
stoli ad minus nihil recipiatis iniuste nec
eciã fructus. Qui furabat᷑ iam nõ furet᷑.
magis aũt laboret opando manib⁹ suis
qd̃ bonũ est vt habeat. ij. ad Ephes. iiij.
¶ Dico quito ⁊c̃. xp̃us p̃dicauit genti-
bus p̃niaꝫ postq̃ dixerat aliqua secreta
theologie de alio mũdo statiꝫ reducebat
se ad moralitates Uenit Jhs p̃dicans
euangeliuꝫ regni dei dicẽs Penitemini
et credite euãgelio Math. x. Jn hoc apo
stoli fuerũt sibi similes. Dicatur quomõ
postq̃ conuerterãt multas gentes que-
dam puella philocapta de quodã pau-
latim venerunt de verbis ad tactus ⁊c̃.
Ab illo fuit inpregnata ⁊ ipsa cooperuit
sed in partu clamãdo ⁊c̃. fuit discooper
ta ⁊ volens celare illũ iuuenem quã dili
gebat diffamauit vnũ dyaconũ discipu
lũ istoꝝ apl'oꝝ virginẽ sanctũ ⁊ deuotũ

Dicatur quõ fuit liberatus a ſanctis apo
ſtolis miraculoſe ꝑ loquelã pueri nouit̃
nati ꝛ voluerũt ꝑdere nocentẽ vtꝫ i le-
genda ꝛc̃. Patꝫ quõ fuerũt ſimiles xp̃o
p̃dicando euãgeliuꝫ ꝛ pniam nolentes
ꝑdere illũ vt poſſet penitenciã facere. qꝛ
nolo mortẽ peccatoris ſꝫ vt magis ↄuer
tatur ꝛ viuat. Ezech. xviij. Moraliter
habemus hic duas doctrinas. Pͥa pro
puellis vt caueãt a carnali amore. Di-
caꝭ cõtra conſuetudinẽ puellarũ non eũ
tiũ ad miſſam qꝛ tunc fit totũ malũ. Se
cũda doctrina eſt nõ diffamare aliqueꝫ
vt illa que credo eſt vel ſit damnata. qꝛ
non reuocauit ſicut ẽ neceſſariũ reſtitue-
re ablatũ. Magis neceſſariũ eſt reſtitu-
tio fame cũ ſit maius furtum. ꝓuer. xxij.
Melius eſt ꝛc̃. Aug⁹. Nõ pigeat ex ip
ſo ore ꝓferre medicamẽta vñ facta ſunt
vulnera. // Dico ſexto ꝛc̃. xp̃s mori vo
luit vt hoĩes ad deũ traheret. xp̃us ſemel
ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt iuſt⁹ ꝓ
iniuſtis vt nos offerret deo. pͥa pet̃. iij.
Ita apl̃i ꝑ predicacões ꝛ trahendo gen-
tes de errore mortui ſunt in ciuitate ſayr
vbi adorabaꝭ ſol cui fecerãt ydoluꝫ di-
cẽdo ꝙ nihil pulchꝰ nec clarius in mũ
do qꝛ illumiabat calefaciebat ꝛ faciebat
fructificare ꝛ illud ydolũ adorabãt. Cũ
autẽ apoſtoli p̃dicando cõtra iſtũ errorẽ
clare oſtendendo ꝙ nec ſol nec luna nec
ſtelle ſunt adorãde. Nõ qꝛ ſi habem⁹ lu
men calorẽ ꝛc̃. a ſole ſeu aſtris nec g̃tes
eis nec gracias ſꝫ xp̃o qꝛ nõ cereo ardẽti
regraciãduꝫ eſt ſꝫ ip̃o illuĩanti. vel ſi rex
daret vobis monetã in cypho argenteo
nõ eſſet regraciandũ cypho ſꝫ regi dãti. iõ
magnũ pctm̃ facit q̃ ſoli vel lune facit re-
uerenciã ſeu orõeꝫ. qꝛ erroneũ eſt ꝛ he-
reticũ. Dicaꝭ ↄ illos q̃ qñ vidẽt lunã no
uã dicũt lune. O dña luna ꝛc̃. vel amo
nẽt caputiũ ꝛc̃. ꝛ qꝛ apl̃i p̃dicabãt cont̃
illũ errorem fuerũt capti ꝛc̃. ꝛ ducti ad
templũ ſolis vt adorarẽt ydoluꝫ ſol' ꝛc̃

In quo dyabol⁹ loquebaꝭ dans reſpõ
ſa ꝛc̃. Dicaꝭ eorum martiriũ. dicaꝭ mo
raliter ne adorẽt ſolem de quo dicit eccle
ſia virgini marie. Ex te ortus eſt ſol ꝛc̃.
nec lunam niſi virginem de qua dicit da
uid. Sicut luna ꝑfecta in eternum. De
hoc dixit moyſes. Deutro. iiij. Caue ne
forte oculis eleuatis ad celũ videas ſo-
lem ꝛ lunam ꝛ aſtra celi ꝛ errore decep-
tus adores ea ꝛ coles Deutro. iiij

## ¶ De omibus ſanctis Sermo pri⁹

Laudate domi
nũ in ſanctis eius. Habetur
verbũ iſtud originaliter in li
bro ſoliloquiorꝫ Dauid p̃s. c. l. Hodie
ꝑ totũ mundũ inter xp̃ianos fit feſtuꝫ ꝛ
ſolennitas de omibus ſanctis in generali
infra annũ facimus feſtũ. in ꝑticulari mõ
de vno mõ de alio tñ tot ſunt ſancti ĩ pa
radiſo ꝙ nõ ſufficerẽt dies ymo dicit Je
ro. qui iſta cõputauit multũ bene ꝙ ſolũ
de martirib⁹ nõ ↄputando pͥarchas nec
ꝓphas nec apoſtolos ꝛc̃. nõ ſufficerẽt di
es eciã ſi quolibet die fieret feſtũ de vn-
decĩ milib⁹. Jõ ſancta mater eccĩa hodie
facit feſtũ de omibus ꝛ eſt magna racio.
Ex quo ipſi faciũt feſtũ de nobis in cel'.
quãdo tenemus bonã vitaꝫ ꝛ deuotam
Nõ eſt vt nos faciam⁹ feſtũ in terris de
